





VIIII
ACCOLTI
FRANCISCI
VERSIO EP
PHALARID
108
INCUNABULI
L
7
44
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze
TARVISII
1471








Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.44





.IHESVS.

FRANCISCI ARHETINI IN PHALARIDIS TYRANNI AGRIGENTINI EPISTVLAS PROHEMIVM.

VELLEM Malatesta nouelle princeps illustris: tãtam mihi dicẽdi facultatem dari: ut uel præstantiæ: uel phalaridis nr̃i epistolis: quas nuper é græco in latinum traductas:& nomini tuo: ut policitus sum: dicatas mitto: mea respõder& oratio. Vtrũ enim assequeretur: nonmodo non multitudinis: sed ne doctarum quidem aurium iudicium formidar&. Nam ut laudes tuas in aliud tẽpus remittam: neq; enĩ eiusmõi sunt: quæ possint breui prohemio cõplecti. Qui ornatus: quæ tanta ess& dicẽdi copia: quæ nõ tuo:& maiorum tuorum splendore superaretur? Tacebo igitur in præsentia antiquissimam malatestarum familiã: quæ nõ flaminiæ modo in qua fœlicissimo pricipatu diu floruit: sed italiæ decus atque ornamentum clarissimum semper extitit.

Tacebo maiores tuos: q & si præstātissimi fuerint: tamen si hāc prouinciā assumerē: tantus mihi recentium laudum campus pater&: ut non opus ess& antiquiora consectari. Tacebo Pādulfum patrem: karolū: & malatestam patruos: quibus neq; bellicæ rei gloria: neq; litteraꝝ: quātū ī pricipibus requirendum est: studiis: non liberalitate: non cæteris uirtutibus: sua tempora præstātiorem habuerūt. Qui adeo inter se de uirtute contendisse uidentur: ut quem præferas difficile sit ferre sententiam. Adeoque omniū iudicio laudantur: ut siqd ægregiū: siquid magnificum: siquid principe dignū: maiores natu meminisse uolunt: ex illorū fortiter gestis: acute dictis: prudēter excogitatis: exemplum adducant. Accedis tu tātis ꝓgenitoribus digna soboles: nulla ex parte eorum laudibus inferior. Cuius ego quom animi magnitudinem: pietatem: liberalitatem: mores ītegerrimos: quæ alias: ut dixi: latius prosequar: intelligerē: omnium maxime delegi: cuius nomini Phalaris nr̄ īscriberetur. de quo ut ingenue quod sētio

profitear: maxime maiorum nostrorũ uel
negligẽtiam: uel ingratitudinem admiror:
qui de tanto: ac tam praeclari ingenii uiro:
uel nullam pœnitus: uel crudelitatis tãtũ:
fecerint mentionem: eoq; rem adduxerit:
ut eius duntaxat seuitia nota sit omnibus.
Animi autẽ magnitudo: liberalitas: doctri-
na: ingenii acumen: pœnitus sileatur. Sed
» profecto maligni iudicis est: uno uel altero
» uitio acerrime examinato uirtutũ merita
» subticere. Neque arbitror adeo phalarim in
eos a quibus insidiis petebatur: quã doctos
uiros in phalarim fuisse crudeles. Qui uero
& unde fuerit: nemo latinorum: qui sciam:
meminit. Cicero & Valerius maximus cru
delitatem eius & caedem breui attigerunt.
Eusebius caesariensis tempora qbus tyrãni-
dem apud agrigentum exercuit: & ea qdẽ
dubia annotat. Eius autem epistolae longe
magis & conditionis eius & moꝝ presefert
testimonium. Sed nunquid ei credendum?
Ego quidem inter omnia scribendi genera
nullum uerius q̃ epistulas existimo. Histo
ria omnium iudicio uera cõprobatur. Veꝝ

si recte cõsiderabitur scriptorum affectus: amor: odium: mœtus: & id genus alia: quin multa addant: multa subtrahant: nemo asserere dubitabit. Accedit rerum cõsilioꝝq́ ignoratio: neq; enim omnibus interfuerũt: & res alienas plærunq́; scriptitant: de q̃bus difficile est preter euentus iudicare: & eos alii aliter sæpenumero: ut fere usu euenit: referunt. Epistulas uero & si in his simulari multa possunt & dissimulari: ueriores tamen esse quis dubit&? Plærunq́; enim res nr̃as scribimus: petimus: negamus: arguimus: res nr̃a agitur: ex quo maxĩe affectus & cuiusq; mores ostenduntur. Quod si ĩ hoc quoq; scribendi genere: tum mœtus: tũ cõciliãdæ amicitiæ gr̃a: tum ut uiri boni esse uideantur: nõnulli simulant aliquando: nõ eiusmodi phalarim contenderim. Et recte quidẽ: perlege quæso has epistulas diligenter. Et si illius considerabis ingenium: ĩuenies in phalaride nullum simulatiõis argumentum. Inuenies maximi animi uirum: qui neminem formid&: neminem ad gr̃am alloquatur. Inuenies apertæ frontis hoĩem:

qui quod animo: id etiã ore hre uideatur. Qui nullam bõi uiri opinionẽ aucupetur. Quippe qui & gloriam & omnium adulationem recus& atq; contemnat. Vis in deos: in patriam: pietatis exemplum? Hẽs phalarĩ: qui & de his pie loquitur: & exul ad restituendã patriã atq; ornãdam: pecunias elargitur. Vis studiorum musarumq; amatorem? Phalarim intuere: qui sthesicorum poetam iĩmicissimum captum a se: musarũ reuerentia seruauerit. Vis liberalitatem: quam phalaridi praepones. Neq; enim quod non accipiat: sed quod a se munera non accipiantur: saepe conqueritur. Quis bene de se meritis gratior phalaride: qui manifesto coniurationis crimine contra se deprehẽsũ: medici sui precibus cõdonauit? Quid quod pluribus sponte sua pepercit? Haec & huiusmodi plura quamdignissimo principe ĩ his epistolis facile quis poterit intueri. Et quod firmissimum est ueritatis argumẽtũ: semper sibi constat. Neque enim ulla fieri ratione potest: ut simulando quispiam semper eundem tenorem seru&: ne affectu &

stesicorus: poeta

conſcientia uel inuitus ad animi morbos
oſtendendos nōnunquā trahatur. Cæterum
in his epiſtolis nihil grauius: acutius: preſſi-
us: & græcorum & latinorum pace dixeri:
in hoc ſcribendi genere inuenies. Cuius di
cēdi caracterem utinā mea aſſeq potuiſſ&
oratio: ſententias tamē ſpero me aſſecutū:
quas & prudentia & ſapientia plenas: & ad
beneuiuendum principibus maxīe accom-
modatas qs negauerit? Has igitur quom ī
manus mihi ueniſſ&: elegantiā admiratus
dolui eas duo milia fere annorum nr̄os ho-
mines latuiſſe. Quare non arrogantia: neq;
enī uires meas ignoro: ſed quom q īgenio
& doctrina ualent: has neſcio qua ratione
adducti in latinū uertere neglexerit. Ego
& ſi ſupra uires onus me ſubituꝝ ītellige-
rem: ſubii tamen: ſatius ratus īcultiores hr̄i
quam nullas. Crudelitatis autē qua oēs eū
accuſant: non tantum mihi ipſe arrogo: ut
melius quam ipſe ſe excuſare exiſtimem.
Ipſe cauſam ſuam agit: quæquam ſit pro-
babilis tua poterit præſtantia iudicare. Id
tamen dicam: quod ad eius defenſionē nō

parum facere arbitror. Ex primis siciliæ tyrannis fuisse phalarim superbi tarquini temporibus. Nam & Pythagoram ad quem Phalaris scribit: eo regnante floruisse: & Liuius: & Aulusgellius: & Eusebius asserũt. Eo tempore siculi tyrannidis expertes: et peregrino & exculi: cretensem eni et á pría á stipalide exulẽ se ipse testatur. Et ei quẽ pauloante ne parem quidem habuissẽt pa-rere indignabantur. Hinc populorũ odiũ: hinc cõiurationes: hinc phalaridis mœtus: & quæ de eo feruntur crudelitates emana-runt. Quod lic& benignitas tua: & morum tuoꝝ præstantia: talem cum subditis semp se gesserit: ut nihil quã te carius: nihil tibi magis quam uitam: quam fœlicitatem pre-centur: uel aliorum principum exemplo: quid mœtus possit non ignoras. Vnũ præterea in his epistolis me non paꝝ pturbauit: quod nõnullæ ita mendosæ sunt: ut nulla possint rõe earum sententia cõiectari. Nec mirum quom etiam familiares ciceronis e-pistolæ quas frequẽter in manibus hẽmus: librariorum incuria quam mendosissimæ

Tarquin superbus:
pythagoras:
Liuius:
Aulus Gellius:
Eusebius.

iueniãtur. Eos ego locos annotaui: conatus tamen in quibusdam nõ absurdam ꝓ loco ferre sententiã. Quod si quando mihi emẽdatius exẽplar dabitur: particulis illis correctis: ad præstantiam tuam mittam. Sed iã phalarim ipsum audiamus.

.Phalaris alciboo.

POlicletus messenius quem proditionis apud ciues tuos insimulas: morbo me incurabili liberauit: nec ignoro me dolores tibi & lacrymas nunciare. Te aũt neq; ipse medicæ artis inuentor æsculapius cũ oĩbus diis sanare unquam potuisset. Aduersam enim corporis ualitudinem ars sanat. Animi aũt morbo sola mors medetur: quã tu pro multis & magnis sceleribus: nõ qdẽ coactis: quorum me arguis: sed uoluntariis grauissimam expectato.

.Policleto medico.

NEscio quid de te potius admirer policlete: medicinæ facultatem: an moꝝ fidem: facultas enim aduersam tyranni ualitudinem: mores enim tantæ cædis premia uicerũt. Per hæc ãbo iustitia tua discurrẽs:

duobus me periculis periclitātem: ui ſcili/
cꝫ incurabilis morbi: & hoſtium premiis
liberauit. Soli nanqꝫ tibi licuit: ſi morbo pe/
riſſem: tyrannum uideri interemiſſe. Sin
minus quom qcqd mihi dederis: id ꝓmpto
aīo ad ſalutem acceperim: me interimere:
quod tibi plurimum ad eiuſmodi premia
conſequenda profuiſſet. Verum enimuero
noluiſti pretium iniuſtum iuſtæ laudi præ
ferre. Siquidem fortaſſe occaſio illa tēporis
ad me interimendum propter morbū iuſtæ
cædis cauſam non habuit. Ego igitur quod
ita mecū egeris: quom ī tua eſſē poteſtate:
dignā tāta uirtute laudem referre nequeo.
Hoc unum ſcio eam te aſſecutū doctrinā:
quæ deo digna ſit: qui medicinæ artem in/
uenit. Veruntamen cum medicinæ & fidei
laudibus: miſi ad te animi mei erga te mo/
numenta: puri auri phialas quattuor. Crate
res argenteos non noſtri temporis artificii
duos. Poculorum thericliorum paria decē:
puellas impollutas uiginti. Quinqꝫgītamilia
atthicoꝝ. Scripſi præterea & teucro: ut ī re/
rum mearum diſpenſatione id tibi ſalariū

dar&:quod nauiũ gubernatores & corporis custodes:& reliqui centuriones accipiunt: paruam profecto pro tanto beneficio uicẽ. Sed addatur minori meæ gratitudini: me confiteri nõ hr̃e quo pacto pro meritis tibi debita possim persoluere.

.Policleto medico.

Liberaui tui gratia Calleschrum qui mihi tam manifeste insidias fecerat: ut non solũ eas confiteretur:sed coniuratos etiam idicaret. Adder&q; quo loco:& quã do:& qua rõe me aggressuri essent. Atqui imemoris uiri esse uidebantur: hois salutẽ ei denegare:qui salutem aliis elargiatur. Simul etiam reputabã meum esse:talẽ gratiam referre medico:q me liberauerit. Tũ aũt longe decẽtius accipere qui medicinæ princeps es:& oẽs sanas idigẽtes. Cognoscat autem suã temeritatem calleschrus: quod uitæ a te gratiam accipit:quam alii iniuste abstulit. Abstulit enim quãtum in eo fuit: quanuis fortuna non permiserit.

.Messeniis.

Audio uos Policletum medicũ uestr

tanq̄ agrigentinorum proditorē: accusare: quod quom me grauissimo morbo laborātē īterimere potuisset: eo me liberauit: & iustitiæ eius laudem: in iniustitiæ accusationē uertitis: neq; uos huiuscemodi confiteri pudet. Ego aūt admodū eius artem: sed lōge magis eius mores admiror: quod quom me tanquam morientem: suæ fidei creditū hab&: non ut tyrannum interemit: sed ut ægrotū omni conamine ī pristinam restituit ualitudinem. Atq uestris calumniis ne minimo quidem detrimēto affectus est. Mea uero in se liberalitate īter siculo℞ ditissiōs ī primis potest ānumerari. Non igr̄ ignoro: quin ob meam in policletum liberalitatem oēs agrigentinorum proditores potius quā phalaridis percussores dici exoptetis.

.Messeniis.

NOn ignorabā qn de tripodibus delphicis & aureis corōis & aliis multis pretiosisq; muneribus quæ diis ur̄is recupatę bonæ ualitudinis gratia misimus alterū faceretis: ut scilic& aut ipsis diis pie offerretis: aut iis neglectis: īter uos ea partiremini:

quod ipsi fecistis. Simulata nanq̃ mihi iiu-
ria: ac si nostra qui ea misimus gr̃a ꝓphana
fuerit: in deos sacrilegiũ cõmisistis. Quid. n.
refert munera iã dicata: an tantũ destinata
diis auferre? utraq̃ eni illoꝝ nõ mittẽtium
sunt. Nos igr̃ gratiam in deos: uos ĩpietatẽ
ostendistis. Siquidem & dantem me & uos
rapientes nouerunt. Satis autem habeo ut
deorum qui a uobis spoliati sunt irã excpti
uos ipsos scelestos intelligatis. Nam quom
ex aliis: tum ex eo quod missa a nobis mu-
nera: esse uobis lucro putastis: nihil eorum
sceleratum esse cõfitemini: nisi forsitã ipsi
thesauri duplicem sortem habeant: si inter
uos distribuantur: bonam: malam: si diis di-
centur. Præterea palam uos ipsos ĩpietatis
arguitis. Principes enim decernẽdæ hosti-
lis pecuniæ causam ad populum referunt:
uos autem populus ad principes. Et quod
omnium grauissimum est deos tanq̃ malos
homines: si munera a tyranno accipiant: ꝓ-
ditionis insimulatis. Verum tres q sẽtẽtia
uestra: bene rempub. gerunt: qui ue non se-
mel messanam: quemadmodũ agrigentũ:

ſi quas petierant pecunias dediſſem: meæ ditioni ſubdidiſſēt: ĩpune dimittitis. Cuius rei cauſa eſt quod eadem eſtis qua illi ſententia: neq; libere in huiuſmodi auctores animaduertere poteſtis: quom omnes capiēdis muneribus ſitis obnoxii. Sed ne uidear munerum gratia hæc dicere: ne minimum quidem hanc amplius curam ſuſcipiã. Meritas uero temeritatis ur̃æ poenas dabitis quos uiolaſtis: & de me & de his quæ ĩpune in eos auſi eſtis. Valete. Valete autem quom duplicem habeat ſignificationē: nolim uos ignorare: in deteriorē partem eſſe accipiendam.

.Megarenſibus.

NOn queror de ingratitudine ueſtra: quod quom de uobis ſæpenumero bñmeritus ſim: in finium cõtrouerſia quæ mihi cũ finitimis erat: falſum contra me pħibuiſtis teſtimonium. Meam autem accuſo ſtultitiam: quod á uobis frequenter laceſſitus adhuc non ſim factus ſapientior. Nam quom nullo unquam tempore nr̃orum erga uos beneficiorum memores fueritis: nos tamen

ac si ea nunquam obliuioni mandassetis: nostrã erga uos beniuolentiã liberalitatẽq; semper ostendimus.

.Thirseno.

SI eos qui necessario iiuste aliquid admiserunt in posterum meritas expectare poenas oport&: quemadmodum ĩ egestẽsiũ consilio es concionatus: quom opera ad diuinam prouidentiam retulisti: quæ nã spes de te ipso habenda est: quom nõ ex necessitate: sed sponte tua & consulto in iniqua omnia prolabaris.

.Leusippo.

FIlio tuo propter iuuentam: tibi ꝓpter senium parcimus: quanuis nullam ueniam mereamini. Verũ nisi a temeritate desistatis: neq; illum iuuenta neq; te senium eripiet. Immo eo uos grauiori supplicio afficiemus: quo maiore uenia dignos duximus.

.Cleostrato.

ADmodum mihi risu dignum & admiratiõe uidetur: ut quispiam admonitiõibus tuis melior fieri possit: & cõtinẽtior. Quippe qui alios castigare uult: omni eũ crimĩe

liberum esse oport&. Tu uero & his quae i alios reprehendis criminibus:& innumeris aliis obnoxius:tanq̃ oĩo inreprehensibilis: aliorum errores corripis.

.Menacli.

ET equos tibi paratos ad pugnam missimus:& teucro ut pecuniam dar& mandauimus. Siqua alia re tibi opus est:ne pigeat ad me scribere. Nihil enim tam magnum a nobis petieris: quin id tibi libenti animo largiamur.

.Aglao.

THesauros nr̃os quoscunq; nobis deus largitus est:ad fortunae mutationes cõdidimus:nõ in sinu terrae quemadmodũ admones:sed in amicos:qui a nobis dona accipe non dedignantur. Tu uero neq; ĩ hoc benignum te nobis exhibes:ut quãtũ in nobis est: si principatu deiiciamur:ullam spẽ hr̃e possimus. Atq si non prius:nunc saltẽ tãq̃ depositũ accipias mihi seruandũ:& in hoc amici munere fũgare. Nullã.n.terrae partẽ fidam nobis ducimus: si uobis aĩcis optimis tanq̃ pulueri diffidamus. Qui si fortunati

fueritis:quãuis me aduersa fortuna ꝓstra-
uerit:lætus tamen nihilominus fœlicẽ me
excistimabo.

.Eumelo.

Quom neq; uidear:neq; sit iustũ:eum
qui prior iniuriam intulerit ulcisci:quom
primum nos læseris: a nobis postmodũ idẽ
expecta.

.Herodico.

ALius iniuria affectus nullã inferenti
minetur ultionẽ:ut q̃minimum apud illũ
suspectus hẽatur.Ego autẽ degeneris uiri
officium excistimo:nescium atq; incautum
aggredi.Quare:quom me læseris:ultionem
caueas admoneo:ut ãte expectatiõis mœ-
tu:tandem ipso suplicio torquearis.

.Ariphœto.

Qpera tua:& his quæ misimus:& lẽge
maioribus premiis digna sunt.Mea autem
ꝑscrutari noli.Nihil.n.in his potius quam
silentium ducimus.

.Anphinomo.

Quom in uiros bonos aliqd confero:nõ
dare mihi:sed accipe ab his potius bñficiũ

uideor. Quare te rogo ne tanq̃ dantem me: sed debentem tibi gratiã: eo quod quæ mi/ simus accepisti exiſtimes.

.Erythiæ uxori.

ET mea causa plurimũ tibi debere gratiã intelligo: & cõmunis filii quẽ tibi reliq erythia. Mea quod quom pr̃ia exulare ẽ: ui/ dua pmanere: quã cuipiã nubere maluisti: quom te plurimi uxorem expeterẽt. Filii: quoniam tu in eo & matris munere: & pr̃is functa es. Neq̧ uirum alium p phalaride: neq̧ filiũ pro paurola tibi delegisti: sed pro secundo uiro: priore cõtenta es. Pro alio aũt filio quem ex priore conceperas educare satis duxisti. Perge igr̃: & uiri: & filii gratia in eam quam sponte tua cœpisti educatio/ nem: usq̧ dum pro ætate edoctus: neq̧ pr̃is amplius: neq̧ mr̃is indigeat. Hoc ego abste tanto studio contendo: non quod matri & huiusmodi: maxime in filii beniuolentia diffidam: sed ut pater unico filio metuens. Poteris autẽ ex animi tui affectibus: patrũ in filios mœtu intellecto: mihi: quod sic ad te scribam: ignoscere.

.Paurolæ filio.

MAxime utrūq; parentē fili mi amare te dec& & plurimi facere. Filio nāq; & piū est & honestum: ut genitorum: & qui in eū tot beneficia contulerint recordetur. Quod si in altero ab officio desistendū sit: patrem potius quā matrem negligas oport&. Non enī parua tibi sint & patris: & matris: ī educatiōe filiorum officia. Sed hæc qdē quom eos tulerit: peperit: educauerit: innumeros quoq; alios pro his subit labores. Ille autē: quom á mr̄e educatus sit filius & adultus: non minus eius se fructum promereri arbitratur: quom nihil in eius educatione molestum tulerit. Peculiare autem quoddam & magis propriū quā cæteræ matres tua in te hēt: propter meum exilium. Vt enī te educar& plurimum laboris perpessa est: amboꝝ curas sola sustinuit. Tu igitur: quæ utriq; parenti officia debes: uni matri quæ oēs pro te labores subiit redde: paternis nāq; officiis materno amore satisfacies. Nihil ego amplius abs te efflagito: si in eam: quā debes pietatē ostēderis. Immo & accepisse

abſte maiorem ĩmodum beneficium profi-
tebor. Decens enim eſt: ſi matri gratiā pro
multis in te officiis retuleris: maximum a
patre beneficiorum tuoꝝ ĩitiū exiſtimari.

.Paurolæ filio.

QVæ a patre in filium debētur officia
tibi præſtitimus paurola. Quæ uero tu pri
debes: ſi quom poſſis: reddere negligis: ue-
hementer erras. Audio enim te bonas artes
quo ſæpenumero te accuſaui contēpnere.
Nullum aūt aliud abſte peto beneficium:
ſi hoc ſpreueris. Atqui ſcias uelim eruditi-
onis utilitatem: ſi mihi obtemperaueris: nō
eum qui gratiā acceperit: ſed qui dederit:
longe maiorem conſecuturum.

.Erythiæ uxori.

SI noſtre tyrannidis mœtu paurolam
agrigentum mittere non audes: tibi & tāq̄
mulieri: & tāquā matri unico filio timentī
ignoſcimus. Sin tanq̄ ſola nō mecum eum
genueris: ſoli tibi habendum cenſes: inique
cauſam parentum diiudicas. Rigidiſſimo
enim iure patris filius eſt: nō matris. huma
ni uero utriuſq; par. Si aūt quod aliquādo

patri filium cesseris:icciréo in eo ius tuum minui arbitraris:quid de eo censendū est:q ne particeps quidem unquam fuerit. Aequorem igitur te præstiteris:si eū ad me miseris:non serius:sed q̄primum:cū his muneribus ad te rediturū:quæ phalaridis & erythiæ filium deceant. Vt si non mecū:sine me saltem opulenter & laute uiuere possitis. Quis enim familiarium gratia:uxore & filio neglectis locupletari cuper&? Ego sane uestri studiosus:ut uirū & patrē dec&:statui rerum mearum non modicam partē in uobis dilectissimis collocare. Et q̄celerrime quidem:cum aliorum:tum aduētantis senectutis gratia: maxime autem propter morbum qui nuper mihi grauissimus contigit:quippe qui me admon& ut ultimum uitæ terminum homini præsentem diem semper existimem. Aduentum autem ex creta agrigētum:& rursum ad te reditum:patris beniuolētia tutiorem:quā maternus moetus præstabit.

.Paurolæ filio.

Oronam abs te sexcentorum aureoꝝ

2

pondo:& bonæ fortunæ:& eius q misit gr̃a accepimus. Qua nos ea tantum die qua patriis diis ꝓ uictoria aduersus leõtinos uota soluimus coronati:dono matri tuæ erythiæ misimus. Neminem enim tam pretioso munere quam matrem digniorem inuenimus. Vtinam tu & decentior nobis & gloriosior corona fias:quom parentum uotis:ut te decet:satisfeceris. :.

.Paurolæ filio. :.

Vom in himeram necessario uenissẽ stesicori filias:quom poemata canerẽt:audiui. Partim quæ sthesicorus:partim quæ ipse uirgines ediderãt. Harꝝ uero carmĩa: sthesicori carminibus inferiora. Alioꝝ aũt: siquis ea compararet:longe erant elegãtiora. Quãobrem:& eum qui docuerat:& eas quæ præter naturam:in tantam uenerant eruditionem:fœlicissimas duximus. Age igitur paurola:maxime enim hac quoque causa desidero:ut doctrinæ inuigiles:qua tandem sententia corpus armis:uenationibus aliisq; exerces laboribus. Animũ autẽ græcis litteris disciplinisq; incultũ reliqs:

» & quem primum & non solum in his exer-
» ceri oportuerat. Corporis enim cura est ha-
» benda bonæ ualitudinis uel corroborãdoꝝ
» membrorum gratia: nisi quis in sacris ago-
» nibus exerceri uelit. Animi uero mores
» omnes eum intelligere oport&: qui in rep.
» cũ dignitate uicturus sit: nisi fortasse: quod
» plæriqꝫ accusant: ad tyrannidis cupiditatẽ
» aspiras: ac si tibi iure ipso cõueniat: iccirco
» uires corporis exerces: tãq̃ tibi ad huiusmo
» di principatũ assequendũ necessarias. Veꝝ
» si recte sapies: ab eo quẽ principatus peit&
» sententiam accipies: qui non sponte: sed co
» actus: hãc sibi uitam delegit. Qui tyrãnidẽ
» expertus: tyranno subiectus: quã tyrannus
» esse mall&. Ille enim unũ dũtaxat tyrãnũ
» formidat: aliis incommodis liber. Tyrãnus
» autem & qui extrinsecus insidias moliun-
» tur: & qui se custodiũt timet. Necesse nãqꝫ
» est ut in formidine & miseria ipsos primũ
» uereatur custodes. Quare sapiẽtius accepta
» consulentis patris beniuolentia: æqualem
» te oĩbus exhibeas. perpetuos uero mœtus
» & periculorum sine ulla quiete arbitrium

» & hostibus & hostium filiis reliquas. Quod
» si rerum inexperientia & iuuentute pul-
» chrum quiddam & iocundum tyrannidē:
» & non potius supremas calamitates existi-
» mas: maiorem īmodum aberras: & profecto
» ob eius ignorationem. Veruntamen deum
» precare ut nunq̄ in tyrānicæ fortunæ ex-
» perientiam uenias.

.Camarinensibus.

ET in gelliam misi: & ad leontinos: & ad uos item mittendū existimaui: ut mihi in præsentia auxilio essetis. Neque enim armis: neq; eqs indigemus: neq; uiris quoꝝ uacuam dicitis habere ciuitatem: sed pecunia. Leontini nobis quinq; talēta q̄primum miserunt: gellii promiserūt decem. Vos aūt neq; leontinis tardiores: neq; gelliis minus liberales arbitramur.

.Lycino.

NOn recte in lentinorū concione: me: ac si affuissem: tibiq; potuissem respondere: interrogasti. Quis: unde: quibusue sim progenitoribus. Ego uero quemadmodum me ipsum phalarim laodamātis filium: genere

astypalensem:patria exulem:tyrannũ agrigentinorum:multa expertum:& animo in hunc usq; diem inuicto. Non secus noui lycinum cynedum in pueris:i iuuenibus salacem:in mulieribus adulterum:temerariũ in legibus: luxuriosum i uoluptatibus: segnem i pace:in bello desertorem:q & tuarum in me concionum : & horum: quibus te reprehẽdo:scelerum:mihi pœnas dabis:si nõ citius. At saltem quom leontini meo in se bello defessi te mihi captum tradent.

.Leontinis.

SI meum contra uos bellum solui desideratis: nihil ueriti: mihi lycinum ẽdite: ut omni ira & indignatione in eum effusa: a meo in ciuitatem uestram furore desistã. Nihil enim in eum grauius aĩaduertemus: quam uos omnes cupere intelligamus.

.Leontinis.

LEonidam quem res meas exploratũ misistis:captũ a me:quom interimere possem:liberaui. Non ut uobis rem gratam facerem:sed ne quærerem qui uobis meum cõtra uos belli apparatũ certo significar&.

Eteni ipse sine cruciatu:libere mihi uros contra me paratus aperuit. Vos scilic& oiũ indigos: preterq̃ famis & formidinis: qbus habundare plurimum uos attestatur.

.Hieronymo.

Rogasti me quibus adductis ratiõibus leontinos in agrum quem mihi aufert: cõtra me impetum facientes: uicturum me censuerim: Ego uero quod iustiorem causã habeam omitto: quippe qui non solũ belli auctor: sed propulso illatũ. Hoc.n.nullius est apud uos momenti: illud autem quod & si uos dissimuletis: scire tamẽ uos necesse est. Dicere sane possum uiris fortibus: pecuniis: nauibus: equis me supaturũ: quorũ omnium uos indigi cum eo hoste certatis: qui & horũ & fortunæ opulẽtissimus est.

.Nicophemo.

Quos in leontinorum cõcione miserabili cruciatu periisse enumerasti: eos: quom nobis insidias tenderent: interemimus. Tu autẽ non intelligis: quom calamitosũ eorũ defles interitum: non solum his exemplis nobis non moliris insidias: sed in leontinos

quos in bellum contra nos cogis pigriores reddere: ut in talem hostem iniuste bellũ moueant. Neq; enim fieri potest eundẽ & odio haberi propter crudelitatem: & ꝓpter mollitiem contemni. Quod si ad uota res succedant: neq; his certaminibus uobis ĩuidemus: neq; contendere dehortamur.

.Tymonatti.

V Lci bello leontinos: ut autem dolori sufficias: nec penitus absumaris: nõ omnia tibi significamus: quemadmodum una cũ iis thauromenitanos & zaclenses eorũ socios supauimus. Neq; quod captiuos talentis centũ pro his acceptis dimisimus. qppe qui nolim te tã foelicis nuncii dolore extincto ĩmerito uideri hominem interemisse.

.Sameæ.

Q Vom mores tuos optimos: & incredibilem erga omnes humanitatem intelligã: quomq; proximorum foelicitates pie & humane ꝓprios dolores ducas. et calamitates breui ad te scripsi: et causa mea: et nauali pugna: et legionibus: et equestri tandẽ certamine uicisse: ut hoc nuntio: quẽadmodũ

bonum benignũq; uirum deceat : ꝑpetuo doleas. Ingenioq; et tam perditis tuis moribus debitas poenas luas.

.Pythagoræ philoſopho.

PHalaridis tyranni a pythagoræ philoſophia differre plurimum uidetur : nihil tamen prohibet quin rebus etiam ſic ſe habẽtibus certum noſtri periculũ faciamus. Fieri enim poteſt:ut quæ longe diſtant in idem redigat conſuetudo. Nos ex his quæ de te accepimus:uirũ te optimum eſſe nobis perſuademus. Tu autem noli adhuc de nobis ferre ſententiam. falſa enim quæ de te habetur opinio me offendit. Verũ mihi tutus non eſt ad te acceſſus : propter meã: qua accuſor tyrannidem:ſi inermis:& ſine ſatellitibus uenirem:capi facile poſſem : ſi armatus & militũ munitus præſidio ſuſpectus forem. Tu uero omni liber periculo:& uenire ad me: et ſine mœtu apud me eſſe: et mei periculum facere poteris. Si tanq̃ tyrannũ me ſpectaueris:priuatum potiuſq̃ tyrannum inuenies:Sin ut priuatum:habẽtem etiam aliquid ex neceſſitate tyranni.

Hunc enim principatum nullo pacto sine crudelitate obtinere possũ. Quod si humanitas in tyrãnide tuta esse posset: nõ aliorũ modo gratia: sed hac quoq; tecum esse desidero. Viam nanq; mitiorem tuis aggrediar admonitionibus: si una cum pythagoræ sẽtentia: ueritas quoq; certam mihi salutem policebitur.

.Thoraci.

VTrum me ipsum tãq̃ obscure scripserim: an te tanq̃ cõsulto intelligere nolis accusem: nescio. Viginti inquam milia tibi ex rationibus restãt. si apertius doceri uis: qui te alia quam uelis ratiõe doceãt breui a nobis expecta.

.Ariphradi.

TEmeritas: & iuuentutis inscitia ĩnumeros homĩes perdidit. quibus duobus affectibus filium tuum agi: nõ ignores uelim. Qui quom me hisdem quos memoraui furoribus ad uindictam prouocarit: me tamẽ continui: tibi non illi ignoscens. Multorũ enim testimonia incredibilis tua ꝓhibetur humaĩtas. Iccirco nõ putaui ob filii malitiã

nihil malemeriti patris senectā dolore affi-
ciendam. Quippe qui quom unū dūtaxat
filium habeas:& si omino malum: alterius
tamen successoris inopia diligis. prauitatē
enim filii:patris beniuolentia uincit. Verum:
nisi iam desinat:tuisq; et meis pareat admo
nitionibus:nō ignoret et tibi & mihi breui
meritas poenas daturum. Ne autē malitiæ
pertinaciam ignoratione excuset:eadē de
re:et ad te:& ad illum epistulas misimus.

.Niceneto.

QVod sæpenumero pr̄i tuo scripsimus
te monitum faceret ut a temeritate cessa-
res:effecit forsitan ut odii tui formidine id
nos rogasse arbitrareris. Ego uero an sic se
res habeat:ne scribendum quidem censeo.
Atqui quom intelligerem patrem tuū se-
nem modestissimum:neq; alios hr̄e filios:il
lius misertus:et nimiæ tuæ ob ætatē:auda
ciæ parcens:in hunc usq; diem te pertuli.
Te autem neq; patris in unico filio pericli
tantis senectas miseret:neq; tibi consulis q
ita in peruicacia pstas. Sed forsitan quoniā
nihil in te grauius animaduertimus:quom

cessare uolueris: licere tibi existimas: quod neq̧ lõge te potẽtioribus licuit. Quoad igr̃ tibi optio datur: utrum commodius ducas: noli thimandrum imitari: sed utili potius inimico: quã excitioso consultore uti uelis.

.Anthimaco.

SI reddere mutuum potes: et tamẽ nõ reddis: spõte tua malus es. Sin quod reddas non habes: et si malus omnino nõ sis: lædis tamen. Inuoluntaria enim si humane considerentur uenia digna sunt. Atqui ueniã reddendi dilationem: non penitus desperationem esse scias.

.Aristhomeni.

NOli ægre ferre uulnera quæ in bello accepimus: grata tamen mihi est tua ĩ me beniuolentia et humanitas. Verum tãtum abest: ut ea iniquiore animo feram: et si parum a morte absuerim: ut et si diutius me uicturum mihi persuadeã: optasse celerius in bello occubuisse. Quid.n. uiro generoso melius quam in uirtutis et uictoriæ contẽtione fortiter uitam finire?

.Xenopyti.

NOn me perturbant calumniæ:neque opiniões quas de me homines habẽt: qui iniuste me accusant:nec ulla alia causa:quam quia euenire ĩtelligo:alios natura malos:me autem huiusmodi esse necessitate:quæ diis potentior est. Verũ hoc inuicẽ differimus: quod quom mihi principatus gratia plura liceant:qui sim profiteor. Vos autem priuati legum formidine:opera ur̃a dissimulatis.

.Cathaniis.

QVom ad me ciues ur̃i captiui deducerentur:non nullos: quom omni spe decidissent:quia non admodum uobis eoꝝ uita curæ erat:liberaui. Nõ quod mei erga uos odii obliuiscerer. maxime nãq; obliuiosus essem:si minorem ira mea ultionẽ a uobis accipere satis mihi existimarem. Verum quom pro meritis mihi pœnas dabitis:quot et quanta in me admiseritis:uobis commemorabuntur.

.Cathaniis.

VOs fortasse satis mihi pœnaꝝ dedisse de his arbitramini:quæ ĩ me:& meos iniq;

egistis:quom pro triginta uiris ipie a uobis combustis:quingentos milites:pro septem direptis talentis:plurimos cesus amiseritis. Ego uero quæ in hunc usq; diem passi:eorum quæ passuri estis:prohemium fuisse annuntio:adeo ut quæ nobis fautoribus hostes uobis mala inferent confiteri erubescendum sit. Non tamen contra uos odium meum remittam: donec quæ mundum regit prouidentia: eandem in eo gubernando seriem prosequetur. Indicam autem uobis bellum: non tam mea:quam deorum gratia i quorum manibus et seruare omnia : et perdere est. siquidem diuinam sortem:ut reliqua naturæ elementa:ethneus ignis sortitus est:in quem quom impie innocentes uiros proieceritis: non phalarim: sed qui oia conspicatur solem uobis inimicum comparastis.

.Crithophemo.

BOni amici officium: et tu: et oes qui plus æquo meam extollitis fortitudinem facitis: quom cosilio et opera nostra uictos a nobis leontinos prædicatis. Certo autem scimus: quæ necessaria fuert:nos diligeter

prouidisse:excoptatissimam uero uictoriã a fortuna cõfectam. Nihil est enim in humanis rebus: uir amicissime: siue magnum sit: siue exiguum: quin illius nutu agatur.

.Polignoto. :.

ET donare tibi aliquid in posterum: & scribere desinam polignote. Cessato autem et tu a laudibus: q̃s de me apud alios prædicas. Re. n. me accusas: quom mea renuis munera: uerbis me: & laudibus ꝓsequeris. Neq; animaduertis sermonem: reꝝ umbrã a sapientioribus existimatum. :.

.Asiocho. :.

GLoriari profecto de nobilitate: ut de alio quouis bono licet. Ego autem uirtutẽ solam nobilitatem scio: cætera oĩa fortunã. Et fieri quidẽ posset: alius ex ignobilibus parentibus clarus: alius ex claris ignobilis: ipseq; seipso et abiectissimis ignobilior. Itaque animi uirtute apud siracusanos laudibus prosequi debes: non maioꝝ mortuã in ignobilibus successoris nobilitatem.

.Demotheli. :.

IGnosco tibi quod ita me admoneas:

quod enim nunq̃ tyrannus fueris: tyranno tyrannidem deponere consulis: neq; deorũ mihi quempiam affers securitatis fideiusso rem: cui fortasse fidem habere possem. Te autem dignum censes: cui tanta de re acq- escam. neq; animaduertis fere periculosius esse deponere principatum: quã occupare. Assumam ita de tyrannide: quemadmodũ de generatione et uita sentiendũ est. Neq; enim homo: si fieri posset: ut anteq̃ nascere tur quænam mala passurus esset audiret: nasci unquã uoluisset. Neq; priuatus q ty- rannidi studeret: si illius intelligeret cala- mitates: tyrãnus potiusq̃ priuatus esse uel- let. Sic demotheles homini non nasci: quã nasci: et priuatũ quam tyrannum esse: uti- lius intelligo. Quod si ante occupatã tyran nidem: eius mihi narrasses conditionem: & hoc mihi tunc dedisses cõsilium: obtẽpasse profecto. Sed quom tyrannus sim: & princi- patu coactus in multa inciderim: nõ modo hominum nemo: sed ne deorum quidẽ po- tentissimus hanc tyrannidem deponẽdam mihi persuaderet. Haud enim ignoramus

quibus:quātisq; nos affectos supliciis ab iis in quos grauius animaduertimus: uitam pfecto finire cogeremur. :-

.Epycharmo. :-

Vom et demothelis de deponēda tyrannide consilium: non ab odio: sed rerum ignoratione profectum intelligo. Aggredi enim tyrannidem appetentis est: desistere autem minime: propter multa quæ a tyrāno iniuste committuntur. quemadmodum sagittarius: quom primū sagittas emiserit: non amplius habet eius reuocandi potestatem. Quod si fieri potest ut huius tyrānidis tollatur inicium: id facite quæso. Sin neqt: sciatis uelim: lōge minus fieri posse: ut uri mihi monitus conferre uideantur. :-

. Epycharmo. :-

Vfficis solus nobis: quom iustos nos arbitraris: et si nemo huiusmodi tuo de me testimonio credat. Vnus enim: et talis uir: omnis mihi siciliæ norma et regula est. Temerariā autē multitudinem loco solitudis: et nullius homīs habendam censemus: uel ad implendū locū qui solus esset: solitudīs

ſupplementum exiſtimamus. Cui & ignorari: et deteriores quã ſumus: uideri: fortaſſe non eſt inutile. Sed multos habes tui ſimiles. Hominum enim præſtantiam: non numerum: reputamus: cũ quibus noſti nos & bonos eſſe: et æquos. Quod et ſi ſolus eſſes: ſatis nos habundare teſtibus: neq3 alioꝝ egere laudibus duceremus.

.Hippolitioni.

ADitũ tibi ad me: ut rogas: ꝑmitto. nullũ autẽ tibi ſecuritatis iuſiurandũ damus: ſed fidem. quod ſi uerbis meis non credis: nunc profecto me iniuria afficis. nõ quom mihi accuſatus es: quom enim nõ ignores: nemini me unquã fidem fregiſſe. Ac ſi de me maleſentias: petis iuſiurandum. Verũ quid refert ad pietatem: iuſiurãdum ne an fides frangatur: utrunq3 enim animus confirmat.

.Polythimoni.

SI accepta ex tuis moribus cõiectura: mihi non fidis: prudentiam meam: non malitiam: accuſas. Sin ex meis: mei ignoratiõe plurimum aberras. Tantum enim abeſt ut

fidem frangam: ut quom ex animi mei sē-
tentia cæteris supra quam liceat:credam.
ac si firmiorem fidei pietatem habeāt: sæ-
penumero deceptus sim. Mihi igr̄ sine do-
lo et fraude fisus: nihil a me iniusti perpe
tieris:sed apud omēs testimonio cōfirmare
poteris:ea fide phalarim esse: ut neminem
unquam decipiat. :.

.Nyciæ. :.

E Isdem de rebus quibus filium tuum
odio habes: qui mores tuos nō imitatur:ab
omnibus diligitur.ex quo ītelligere potes:
te his omnibus inuisum esse qui eū amore
prosequuntur. :.

.Adimantho. :.

A Vdio tibi esse cum fr̄e cōtrouersiam:
uter uestrum sit peior: quom tu illum:ille
contra te peiorem attestetur. Ego autē ar-
bitror uel potius cōpertum habeo. Cæteris
hominibus illum:te etiā illo iniquiorem.

.Egestensibus. :.

N Olite meos exules recipe: nemo ūq̄
phalarim neque in bona:neque in mala re-
ferenda gratia uicit. Hoc uos ex leōtinoꝝ:

et melitensium causa probe intelligere po/
testis. quorum alteris libertatis: leõtinis ser/
uitutis auctores fuimus. His quod triremes
meas sũmerserũt: Melitensibus uero quod
summersas recuperare curauerunt.

.Antistheni et thetimo.

EX his quæ misi muneribus: antisthe
nes partẽ: theotimus nihil accepit. Quam
obrem alteri gratiam habeo: de altero nihil
queror. Ille enim: quom acceperit: meas nõ
minuit facultates. hic uero nullo me dãno
affecit..

.Menedi.

NOn te peniteat bonum euasisse: si uis
a paterna iniqtate alienus existimari. Ali/
ter superioris temporis apud camarinenses
bonam de te opinionem amittes. Simulasse
enim aliquando probitatem: nõ re ipsa bo/
nus fuisse uideberis.

.Epistrato.

NOn secus quam ad fortunam aliquẽ
ad me scribere uideris. Ego aũt conditionẽ
meam tibi paucis explicabo. Scias me a pri
ma infantia orbum fuisse. A iuuenta: fati

iniquitate: patria exulasse. Res meas maiore ex parte amisisse. Barbaris educatũ esse moribus. Ex omni terra iniuria affectũ profugisse. Neq; solum ab hostibus: sed ab iis quos sum beneficiis prosecutus insidiis circũueniri: et tyrannum uitam in tyrãnide deprecari. Si hoc ĩquam est fortunatũ esse: fortunati profecto sumus. :.

.Onetori. :.

ET tu et omnes amici hoc sane mihi facietis gratissimum: si nihil de me percontabimini: neq; curiosius inqretis: nisi quod ipse uoluero. Eiusmodi .n. fortuna opprimimur: ut nostra cognita conditione: lætari magis inimici: quam incognita ægre amici ferre possint. :.

.Isonico. :.

ALiorum qui me læserunt ĩimicitias: ut hortaris: libens obliuiscar. Mortales enĩ quom simus: in mortale ut aiunt: odiũ seruare minime decet. Pythonis autẽ aduersũ me ĩmanitatem: non modo uiuus obliuiõi non mandabo: sed ne mortuus qdem: quod oĩbus uita fũctis euenire cõsueuit. Quippe

qui iniquitatem omnium maximam ĩ me molitus est. siquidem post meam exilium. erythiam uxorem quom eius nuptiis recusatis: me sequi uellet: ueneno necauit.

.Thrasinori.

CAstellum quod tu dũ oppugnaretur reliquisti excursione a teucro facta: ea celeritate euersum est: ut ocius id captum: quã hanc epistulam scriptam scias uelim.

.Abaridi.

AVdio te clarorꝝ uirorum: consuetudinis gratia: ex hiperboreis ad nostras usque regiones aduẽtasse. Teq; et pythagore philosopho: et sthesicoro poetæ: & aliis qbusdã græcorum præstantissimis congressum: et ab iis multa didicisse. Cupere autẽ te alios conuenire: qui te quas ignoras historias doceant. Quod si ab iis qui me calumniantur antea persuasus es: esse me qualem prædicãt: haud facile ẽ dissuadere. Sin ueritatẽ: cum ab omnibus: tum maxime a sapientibus disquirendam cẽses: ad me uenias: quẽadmodum plærique alii clari uiri: mecum commoraturus. Ipsa eni noueris ex piẽtia:

3

cætera apud me et melius et honestius: et si mihi de meipso libere loq licet: addo etiam humanius quam præsens fortuna pati uideatur: et disposita et cōstituta esse. phalariq; qui hæc et gubernat: et ornat: nemīe eorum qui maxime in his laudantur: inferiorem. :.

.Orsilocho. :.

SI propterea quod pythagoras philosophus sæpenumero a me accersitus: huc uenire noluerit: quemadmodum eum q meā fugeret cōsuetudinem laudasti: mihi calūniam attulit. Quod nunc ad me uenerit: et quintum iam mēsem una mecum in uoluptatibus sit: mihi profecto laudi est. Apud me enim ne breui quidem momento ꝑmā sisset: nisi mores nostri couuenissent.

.Egesippo. :.

TV fortasse et alii cōsanguinei q ægre fertis clisthenis exilium: eum sibi male cō suluisse ī his quibus patria pulsus est: nunc tandem cognoscitis: quom nullius remedii tempus sit: nisi poenitentiæ. Ego aūt quom inani gloria maxime in re. pub. uersaretur:

tum maiorem imodum eius uicem dolebã.
Et litteris ad eum meis:rerum excitũ testa
tus sum. Ipse uero honorum uoluptate ela-
tus agebatur:fortunæ imemor. Et nos nu-
gas et deliramenta scribere: tanq̃ reipubli.
omnino expertes arbitrabatur. Vel potius
ac si tyrannidis nr̃æ gr̃a:nollemus quẽpiã
uidere recte rempub.administrantẽ.quoad
magis quam opus fuerit inflatus: suis ipse
flatibus prostratus est. Suoq; non mediocri
detrimento:non phalarim ciuilis guberna-
tionis propter principatũ:sed seipsũ: uulgi
penitus ignarum cognouit. Eiusmoi nanq;
uulgus est: ut in calamitates se sequentes
alliciat:et princepia euentibus non consen-
tiant. Ego igitur et quicunq; non omnino
stultus est:mallem ut incerta me multitu-
do sibilis: quam honoribus prosequeretur.
Odium nanq; eius citius quam accẽdatur
extinguitur:neq; quibus exardescit tẽpo-
ribus ualde damnosum est. Eius autem be-
niuolẽtiæ opinio:excilia:montes:proscripti
ones: uel his nihil tollerabilius affert. Per
iouem maximum egesippe:ut sẽtimus: sic

te alloquimur. Populus omnis temerarius est. demēs. desidiosus. prōptissimus ī quodcunq; contigerit mutare sententiā. pfidus. incertus. uelox. proditor. fraudulētus. uoce tantū utilis. et ad iram: et laudē facilis. hoc est ut qui in agenda re. pu. populo placere amittitur: honestis pereat contumeliis. Nō nulli tamen adeo insaniunt: & temerario īpetu: uel ea potius rabie præcipites feruntur: ut non tātum filiorum flagrent desiderio. et nuptiis intenti non libentius uxores conspicentur. & pecuniarum cupidi: nō sic eis inuigilent. & armorum belli equorum olimpicorum: agonum gratia: studiosi. non tantopere horum singulis delectentur: quā qui miseram gloriā: inanes honores: et plausum: in suū detrimentū aucupantur. Quorum uicem familiares maxime dolere: Inimicos uero lætitia prosequi oportet. Vos autem clisthenis necessarii eum cōsolamini: si forsan iniquiore animo res humanas patiatur. Eiq; ne amplius his se rebus immisceat: ac si maiorem īmodum erret: dissuadeatis.

.Autonoæ.

ARgentũ tibi nihil post acceptas lr̃as morati misimus. excistimauimus eni non gratiæ modo tempus esse: sed celeritatis. Tria igr̃ talenta: quæ petisti: dedimus. ut soluta pro filio mulcta: ĩ patriam ab excilio reuocetur: ne diutius profugus aberr&. Ipsa nanq; experiẽtia plane nouimus quã calamitosum sit excilium. Cæterum et alia tria sponte nr̃a dedimus: ut publicatas possessiões recuperes. In posterũ uero clisthenem admoneo: ut a gerẽda repu. abstineat: neue amplius his se exerceat negociis: in quibus publica utilitas: priuatum odiũ cõparatur. Et licet suos ipse affectus nequeat moderari: Cõsobrini tamen utatur exẽplis: qui reipu. ignoratione patria pulsus: ne occupata quidem tyrannide: in eã restitutus sum. Neq; adeo iocundum principatũ excistimo: quam acerbum excilium. Hæc ego per deos ad uos scribo: non quod quæ munera ad uos misi dolore me afficiant: sed casus uestros miseratus. Neq; ut nihil ãplius uobis elargiar: sed ut me ĩ meliore fortuna utamini: in qua quom familiares mei me

uterur: his me promptius atque liberalius exhibebo.

.Clisthenì.

NOn quod multi solent: qui quom admonitionibus nihil profecerint: re cōfecta: exprobrāt. id ego facere uolui: neq; iccirco hanc epistulam ad te mittendā arbitratus sum: ut in quo preter sentētiam aberrasti: quom optimis meis non obtemperares cōsiliis: augerem tibi calamitatem. Nihil enī aliud mihi eiusmodi homines moliri uidētur: quam consilium suum maximis extollentes laudibus: qui in aduersam fortunam inciderint accusare: quod neq; suā ipsi praehorint utilitatem: neq; monitionibus paruerint. Ego uero: quom īpendentia tibi mala intelligerem: ne his opprimereris: familiariter te admonui. Nūc ī aduersis rebus tuis: quæ utinam nunq̄ accidissent: ipse quoq; tecū errasse: & tecū miser esse mihi uideor. præmonui ne accideret. Nunc autē seu casu: seu consulto: ita se res habuerit: tecū simul dolore afficimur. Neq; tibi aduersam exprobramus fortunam: sed pro uiribus ea

ne te opprimeret: cõtendimus. Hæc quom ad optimam matrem tuam ueneris: plane cognosces. Tu uero iniquus es q ne patria quidem pulsus: apud nos: ut tui amicissiõs: excilium solari uoluisti. Quod si alia quauis causa feceris: iniquus sane erga nos fuisti. Sin ad eũ qui te reprehender&: quom præmonitus mihi non obtemperaueris: huc te ueire puduit: quodãmodo t gratulor: quod tam recte sapias. Quippe quem præteriti erroris puduit: in eundem non amplius ꝑ lapsurum excistimandum est. :.

.Leontidi. :.

[M]Vltis usus es ad camarinenses rationibus ut bellum cõtra me moueant. Certo tamen scias non recte te suasisse: non enim inanibus uerbis: quibus nos aggressurus es: te ulciscemur: sed rebus ipsis: quas experti camarinenses: rursus irati phalaridis piculum facere noluerunt: quom suauiorẽ me amicum experiantur. :.

.Ennensibus. :.

[E]Go me uobis libertatis auctorem fuisse arbitror. de ea tamen nõ cõqueror: & si

ingratissimi erga me sitis. sed argētū quod mutuo a me accepistis reddite: quo adeo mihi hoc tempore opus est: ut per omnem siciliam pecunias mutuo petitum miseri. Alii nobis liberalissime mutuarunt: ut leontini: et gellii. Alii promiserunt: ut hyralenses: et phintienses. Quid igitur per deos animi uobis est: quom tot mutuatas pecunias nobis nō redditis? quom ii in quos nullum contulimus beneficium sua nobis elargiantur. Quod si illi qui nobis promiserunt audierint sibi nos iccirco graues esse quod credita non exigimus: nunquid amplius quicquā nobis daturos existimatis? Eqdē non arbitror: sed secum reputabunt: quod qui sua exigere negligit: negliget etiā soluere creditoribus. his igitur ratiōibus mea mihi non reddere tandem pudeat. Quod si hæc non profecerint: non ignoretis eā nos rationē aggressuros: qua iure uos ad soluendum debitum compellemus.

.Ennensibus.

EX tot pecuniis quas mutuo a nobis accepistis: octo dūtaxat talēta: quo maxīe

tēpore pecuniis egebamus:ut nobis soluere/
retis:reliquas uobis elargiti monuimus. At
uos neq; sic modū ullū seruastis: quattuor
enim talentis ad nos ægre missis:reliquum
adhuc retinetis. Et per deos non tam iniquo
animo huius pecuniæ:quā largitæ gratiarum
damnum ferimus. Decisio enim debiti:& si
patiamur quattuor duntaxat talentorum:
ingratitudo supra decē detrimentū affert.
Vos aūt et reddere simul: et habere nobis
gratiam iactabitis: quare nulla de ígratitu/
dine uestra bona spes relinquitur: si quom
reddendi facultatem habeatis: non tamen
redditis. Quod si hac estis sententia: quom
a legatis uestris exhaustum ærariū: & pri/
uatim pecunias uos cōtulisse audiam: hoc
etiam debito uestram libero ciuitatē. Vel
si placet quæ accepi:reddere paratus sum.
modo in reipub. utilitatem: non in eius di/
reptores cōferatis:quo fit ut pauperes pub/
lice sitis. Quod autem in referenda bn̄ficii
gratia statuas mihi erigere policemini: no/
lite quæso id contendere. simul enim cum
nostra in uos liberalitate:hunc etiam uobis

ſumptum condonamus.

Ennenſibus.

NOn largitæ pecuniæ pœnitẽtia uiri æinnenſes hanc uobis epiſtulam mittimus: ſed ut firmam a me gratiam ineatis: quom iure in periandrũ animaduerteritis. Nam quod uere ciuitas pecuniam habuerit: ſed falſa utatur excuſatione: ut ea creditores priuentur: inditio mihi eſt quod falſo furtũ adducitis: ſiquidem omni penitus ratione abhorret: eoſdem nunc tanquam pauperes eſſe et pecuniis indigere. nunc aũt tanquã diuites mlta ex publicis rebus ad raptores proiicere. Sed aut raptoribus diuites eſſe oportet: aut furibus pauperes. Quod ſi pecunias publicas tanquam diuites raptoribus elargimini: Creditoribus autem per ciuitatis gubernatores tanquam paupes denegatis. Primum quod ſane grauius eſt inique facitis: quom nemo uobis iniuriam fieri patiatur. Deīde longe iuſtius ẽ quod mutuo accepiſtis perſoluere creditori: quom diripientium gratia nõ poſſitis: quã phalaride nomine ĩnumeris ſuis priuato pecuniis di-

tescere periādrum. Itaq; licet uel pecuniis nostris seruatis propriam mihi hr̄e gratiā: uel perditis exigi etiā quas donauimus.

.Hieroni. :.

[Q]Vom multa de te: et de concióe quā contra me ad leōtinos stulte habuisti dicere possim: nolo tamē superfluis uti uerbis: nisi quod culicem elephas indus nō curat.

.Aristheneto. :.

[N]On iniquo animo senectam fero: neq; tyrānidis robur cōsenuit: sed phalaris. Tuo autem dolore afficior: quom mihi tantope timeas. Fatum nanq; adueniet: et si aristhenetus maiorem immodum nr̄i solicitudie conficiatur: sed longe molesta. Satius est. n. pati qui nil ueretur: quā prius siqs timet: ut poeticis quoq; exemplis ad te scribam.

.Melitensibus. :.

[P]Ersuaserūt mihi legati uestri: ut uobis pecuniam mutuarem: quāuis in præsentia assiduis bellis his exhaustus sim. Sed ut aiunt. ad amicos nulla utendum est excusatione. Verum nolite quæso nō nullorum mores sectari: qui quom mutuum accipiūt

honestissimis nominibus :quom excigitur: grauissimis creditores appellant: rē ꝓfecto neq; iustam:neq; gratam. Decet enim qui beneficium accipit eorum qui dederit meminisse:et quoad debito se soluerint:eosdē creditores excistimare.et siue boni sint tāq̄ bonis:siue mali tanq̄ malis id ꝑsoluere. Siquidē et bonis moribus prædito : & prauis æquum est creditum reddere.Equidē melitenses:et quom mutuum do:et quom excigo: idem ipse sum:et mihi ipsi similimus. Quibus autem datur ii mores pro tēpore : ut aiunt Cameleontas pro subiecto solo colorem mutant.Quippe quom accipiunt:ut benemeritum:ut deum creditorē laudant. Quom reposcuntur:in eum ut tyrannum : ut impium inuehuntur.Præterea nō ignoro longe satius esse quom amissurus sis pecuniam priuato homini mutuare:quā ciuitati.Nam si a priuato abnegatur :inimicum unum:et eum imbecillū tibi cōparas. Sin a ciuitate:neq; damnum minus est:& plurimorum odium contrahis.Non tamen hoc uobis crimen scribimus : sed sine suspitiōe

pecunias mittimus. Aliis.n.in rebus semp uos memores: et in commertiis et negociis uestris iustissimos intelleximus. Neq; ignoratis ignominiosius esse plures uni iniuriã facere: quam unum pluribus. Nõ enim credibile ut unus multos: sed multi unũ uerisimilius contemnant.

.Melitensibus.

On laudum uestrarum contemptu melitenses: legatos uestros cum his signatis remisimus: sed quoniam nõ sinunt me mea opera laudari. Vos forsitan qualem me uideri uultis: talem apud alios existimari arbitramini. Ego aũt non ignoro quod cæteri omnes me malum existimant. Vos uero & si bonum me dicitis: nequit tamen uestra de me opinio aliis psuadere: sed potius ad falsas hominũ existimationes uobis essem nocumento: quando quidem pessimum hominẽ nisi eiusmodi uos quoq; essetis: neq̃q̃ laudaturos omẽs prædicarent. Quãobrem: quom uos iniuste mali: ego nulla ex parte meipso dementior existimare. has laudes uestras non necessarias duximus.

.Menesicli.

FOrtuna tua admodũ nos delectauit: quom et si maiorem immodum filiũ optares: filiam tibi geitam accepimus. quam eo tibi cariorem futuram arbitramur: quod loco filii nata est. Solet nãq; filia: quã mares longe pluris parentes facere. Nostra autem munera tum demũ tibi grata esse sensero: quom non modo quæ mittimus prompte acceperis: sed etiam siquid quod nos ignoremus: tibi opus erit: nos certiores facies. Pluribus enim iã et magis pretiosis rebus tibi opus est filiæ gratia.

.Elcandro.

NEq; tu: neq; hom inum quispiam me unq̃ perterrere uerbis fortasse: et si nihil dicam: me dicere arbitraris. sed ne rebus qdẽ speret: quippe qui non ignarus bellicæ rei sum: neq; iniuste: neq; supra uires quicquã audeo: et frequentes et insperatas temporum mutationes nouimus. Fortunæ præterea ĩstabilitatem: dicere magis possumus q̃ audire. Accedit ad hoc quod quãtum nemo alius: cum nobis ipsis: tum deo confidimus:

qui nos contra omnium iniurias tuebitur. in quo certissima mihi spes est: ut quicunq; mihi insidias moliuntur: in meam redigam potestatem.

.Lisino.

NOn cessabis ab insania insane lysine: neq; parces tibi triginta annos natus: qn cũ huiusmodi pluribus grauiores quam ferre possis: iimicos tibi facere experiaris. sed & uersus in me et tragoedias scribis: ac si dolore me his afficias. Verum tu omĩ grauiores tragoedia res caueas.

.Cebroni.

QVid tandem nostros mores admirati: ac si grauioribus utamur supliciis in eos q nobis insidias moliuntur: his non pterremini: sed eorum qui cruciantur casibus comploratis: eis nõ cõsulitis: ne phalarim iiuria afficiant. Longe enim mihi satius esset: nõ cõpelli in huiusmodi propulsandæ iiuriæ necessitatem: et uobis sane commodius nõ uti semper temeritate. Nã si urĩ me mores non latent: quo pacto in me consuleretis: nisi talem me in supliciis exhiberem: quo

in maxima quoq; formidine his uos expo-
natis. Nos igitur a crudelitate: si nos prius
ab iniuria cessabimus.

.Euthemono.

NIhil in his mentitus es quorum me
apud siracusanos insimulas: omia plane cō-
fiteor. Verum si pari ratione: et ego iis qui
me ita lædunt: ut nulla digni sint uenia. &
uos tā temere: et mihi et uobis insidias mo
liri parceretis. neq; me quispiam tanquam
nepharium accusaret: neq; uestrum: tanq̄
grauissimo affectorꝝ suplicio misereretur.

.Cleobulo.

NOn persuasisti camarinēsibus ut bel-
lum mihi indicerent: quom maiorē imodū
singulis cōcionibus annitereris. Quippe q
non ignorant rebus ipsis: nō oratorū uerbis
bellum geri. Quāobrem si uis ut id aggredi
antur: utile futurum eis ostendas. Quod si:
ne hoc quidem pacto morem tibi gesserit:
mutata sententia: contra admoneas. ita for-
tasse res tibi ad uotū succed&. ex duobus
enim alterum in præsentia: aut sentētiam
tuam inutilem: aut cōsultorem nullius rei

opinantur.ego uero utrunq;. Certo tamen scias uelim: quæ contra nos adortus es: nõ inanibus uerbis ulciscemur:sed rebus:quas experti: non amplius mihi insidias moliti sunt.Quod quom camarinẽses plane sciãt: nolunt rursum irati phalaridis periculum facere:quom suauiorem me amicum experiantur. :

.Cleodico. :

ADmodum grauia supra uires tuas cõsultasti cleodice. unde tibi spes phalarim posse malo aliquo afficere:ut rem gratã facias thracis cerdõis nepti:uxori autem antãdri qui dominũ suum interemit: ex quo contra naturæ legem iniuria illata ditatus est.sed in tantam non prorumpam indignationem:ut scelera tua uerbis ꝓsequar. Nã si te quẽ ulcisceremur dignũ putaremus: non uerbis duntaxat:sed re ipsa te ulcisci. Et quæ in nos machinatus es: in caput et genus tuum retorquere possemus. :

.Neoliadæ. :

NIbil grauius in te cõsulere uolumus: quom plura in te bona q̃ mala inueniamus.

Quamobrem hoc unū ex melioribus fieri uelim:ne me grauiori animi affectu contra te uti cogas.

.Polluci.

ADmirari ex tuis epistolis admodum uideris uitæ meæ mutationē: quod quom superiori tempore audentius quam tyrāni soleant:libere me omnibus crederē. Nunc ne necessariis quidē ad me aditus pateat. Ego autem meticulosior:omēs fugere mihi persuasi.fidem enim non modo nō in aliis: sed ne in amicis quidem firmā iuenimus. Iccirco omnia summo labore expertus: inhabitabilem libiæ solitudinem:et auia numidaꝝ lustra:quam cum hominibus uitam agere:prætulerim.Quippe q cum leonibus tutius uiuere : et cum serpentibus somnū capere: quā cum nostræ ætatis hominibus possem.Vsq; adeo nos ex multis uariis:frequentibusq; fortunæ mutationibus pīculū fecimus.

.Polluci.

LOnge grauius iniuriam patior:quam puniam pollux.non quemadmodū dixisti

et pati me grauia et inferre. Ego enim eos qui me iniuriis prosequuntur: et bis & ter uenia dignatus sum. Nemo tamen eoꝝ est quem primo deprehensum iterum malum uideri pudeat.

.Polluci.

QVi contra nos eorum quos iure itere mimus gratia bellum parant: si quāobrem id faciant audirent: et plane intelligerent: essent profecto ultores appellandi. Tu aūt nos apud siracusanos accusas: & ultoris qdē nomen: tanquā grauissimum appellas. Causas uero quour pœnas dederit: quod maxime oportuerat: tanq̄ inexcusabiles nūquā afferre uoluisti. Opus enim erat orator pollux: et mortem: et mortis causas simul ostē dere: ut per eas auditorum idignationem: contra quos concionatus es: uehementius excitares. q̄s: si te aperire puduit: quo iure earum gratia bellum geratis nō uidemus.

.Engiensibus.

NEq; causam quare iuste uos nō ultus sum: neq; si ulcisci uellē: uires mihi deesse uideo: neq; uolūtas deerit: si nos nullo pacto

reuerti fueritis. Quom iam sic perdito passi
oni: qui apud uos cōmoratur: uisum ē uiros
quos tertium iam mensem seruatis in car-
cerem interimetis.

.Nycippo.

QVod dona nostra acceperis plurimā
tibi habeo gratiam. Ego autē quod dicebas
te siracusanos timere : ne si meas pecunias
accipere te intelligerent: grauius in te con
sulerent. Hoc statueram: si ea recusasses: te
tāquam acceperis accusare. ut & accipiēti
tibi et recusanti idem impendisset pericu-
lum: uel potius alterum minus: alterꝝ oīno
peius. Nam si non accepisses: et ego te acce
pisse isimulassem : certe accepisse credere-
ris. sin accepisses : & ego serio nihil me de-
disse asseruissem : proculdubio omni absol-
uereris suspitione.

.Nicarcho.

NOn cogis camarinēses cōtra me bellū
gerere: sed a me superari. Atq sapiētis uiri
officium est: āte uerba: rem ipsam: ante rem
diligentius quoqꝫ eius exitum cōsiderare.
Ipsi iam pridem tuas conciones negligunt:

te autem non pudet ex tribunali tua illis oratione grauiorem esse:quam mihi contra quem concionaris. :·

.Leontiadæ. :·

NOn hac duntaxat epistula: sed sæpenumero iam ad te scripsi nullam aliam de uxore gratiam te relaturum:si propter nuptias beneficium a nobis accepisse:& grãm nobis referri arbitraris: quã si eã amaueris. Cuius causa affinitas inter nos cõiũcta esse uidetur. :·

.Thimosthenì. :·

MIlitum pars in castello excidat: pars maris incursus exagger&:ut æstu siccato: fertilis campus reddatur. Alterutri autem priores opus profecerint iis grã referatur.

.Cleomenidæ. :·

MVnera tibi ad corporis exercitationẽ misimus:olei scilicet metretas ducentas:& frumenti medinnos quadringentos. Quæ autem iuuentutis munera sunt: ad filium tuum:et uinum:et librarios seruos:& sthesicori poemata:nisi siracusanorum qspiam: nouarum rerum gratia:hæc a tyrãno missa

4

suspicentur.

. Gorgiae.

CAeteras epistulae tuae particulas re-
cte scriptas: futuri autem temporis hortati-
onem: admodum superfluam arbitror. Ego
enim neq; mortem: neq; mortis genus effu-
gio: et sapienter quidem. fatū.n. ab hoībus
non regitur. et profecto qcūq; huiuscemōi
pscrutatus: aut bona: aut mala: futura metu
it: eum stultissimum excistimo. siue praeui-
deri futura: siue praeuisa caueri posse: sibi
persuadeat. Quod si euitari nequeunt: quā
obrē ea praescire ānititur: quom siue sciat:
siue nesciat sit futurum. Si uero quom co-
gnouerit euitari etiam posse: et disponi: &
in aliud quā praeuiderit transferri: & peius
fatum meliori mutare dixerit. Ego sane nō
arbitror: dei nanq; hoc opus est: non homis.
Caeterum siquis eos meminerit: qui iouis
filii feruntur Eacum scilic& Minoem et
Rhadamanthum et alios semideos: neque
immortales fuisse: neque aliter quam pro
sui fati necessitate mortuos: si neque fatum
neq; mortē aegre tulerit: aut formidauerit:

minime mihi stultus uidetur. Maxio igr̃ studio idem in certis rebus tuis sentire animum iducas: ut nullam illorum curã suscipias: quorum nos nihil scias esse sollicitos.

.Nausicli.

QVod iam sæpenumero ad te scripsi: & si hermocrates uel quis alius philodemi filiam uirginem dona a me accipere impediat: ego nihilominus elargior: et parẽ uel maiorẽ potius laudẽ assequor. Quod quom propter tyrãnidẽ nulla in re cognatis meis sim cõferendus: eis me tamẽ liberaliter exhibebo. Ad eos autem qui mihi exprobrãt quod largitiõibus psuademus: hac utimur excusatione: quod quibus liberales sumus: eos pro humanitate cogere non possumus.

.Lacryto.

QVoniam pro huiuscemodi spe: nobis tantopere timentibus periculis exponi nõ oportuerat: nolebam grauiores exitus experiri. Verum ex quo uirtus tua nostrum uicit timorem: bene quidẽ est: et bono usus es auspitio. quod et alia t ad uota sint successura. nihilo tamen magis: et si saluus sis

confidimus: ſed quoad icolumis redeas ſo-
licitamur. Quæ igitur in profectione tua te admonui: eadem cures uelim diligenter: ut poſt habito oppido lacrytum nobis ſerues icolumem. Quem pro omnibus locis ciuitatibus: tyrānidibus: et ipſa deniq3: per deos: anima mihi eſſe arbitror.

.Lacryto.

ET tuarum promiſſionum memento lacryte: et phalaridis ſolitudinis curā hēas. Quanta amicorum inopia laborē uides. ſcribo autem timide: neq3 multorum uires formidamus. qppe qui longe ſunt nr̄is iſeriores: neq3 noſtrorum imbecilitati: quom omnes hoſtes uiribus excedamus: ne maiori iam ſtudio fortis apparere contendas. neq3 ægre feras res bellicas: niſi omnibus militiæ muneribus tempori adſis. Memento aūt quod depoſitum tibi teipſū quom a nobis dimiſſus es: cōmiſimus: quod nobis ſaluū reddere promiſiſti: id nunc maiorem immodum rogamus. non ut te et ingenio tuo quicquā indignum facias: quod a lacryto fieri neqt: ſed ut in aliis certaminibus uirtutē tuam

possis ostẽdere. Nunc uero: et si teipso pau-
lo molliorem: in aliis rebus præstantiorem
te exhibere poteris.

Laeryto. LXXXX

QVod filii tui obitum iniquo aio feras:
uenia profecto dignus es: et me qdẽ maxie
tui miseret. nec secus a quiuis tuorũ fami-
liarium casum reputans doleo. Et si in his
duriori natura sim: ea scilicet grã quod qui
ĩmodice aduersis rebus anguntur: eos nihil
proficere intelligo. Maximũ aũt calaĩtatis
tuæ debet esse solacium. Primum quod pro
patria fortiter ĩ bello filius tuus occubuit.
deinde quod in ipsa uictoria pulcherrima
eũ morte fata honestarunt. Postremo quod
nullo turpitudinis genere uita coinqnata:
morte proprias uirtutes finiuit. Incertũ.n.
est an bonus uitam indeterius commutet.
Rebus nãque humanis fortuna maiori ex
parte: non uoluptates dominantur. Qui aũt
irreprehensibilis moritur: in optimo gloriæ
statu collocatur. Puta igitur ab eo & quod
genueris: et quod educaueris: meritas grãs
accepisse. quom ad mortem usq; in uirtute

et bonis moribus pseuerauerit. hāc ei uicē redde: ut modice & æquo aīo eius mortem feras.

.Lysidi.

NOn admiror quamobrem neque pris tui: neq; filii simile qcquā habeas lysides. Nō enim lysicratis filius: neq; neoptolomi pater es. quod & matrem tuam & uxorem multis siculis affirmasse aiūt: & propterea maximā laudē consecutas. Vnū eni: et hoc eorū e numero est quæ laudem merentur: ut nemini: maxime his quos nouimus: mē- tiamur.

.Thimoleo.

NOn peccare merito fortasse: et iure i- pso dei existimatur. Peccare uero & iccirco post hac cautiorem fieri: hominis. Qui aūt neq; quom peccat: neque quom aduersam icidit in fortunam: sibi cauet: nescio an ali- us existimari possit quam omnino malus. Turpissimum igitur est: et adhuc. n. ꝓpius accedemus: eū qui stultitiæ sit factus exē- plum: ne sua quidem ipsius calamitate bo- num fieri.

.Phœdimo.

PErsuasi sumus iam tertio nullã abste iniuriam accepisse: & si in singulis accusationibus non leui in crimine sis deprehensus. sed qualem te esse uellemus: teq; erga nos esse decuit: talẽ arbitrati sumus: et accusationũ crimina: eo quod timuimus deprehẽdere de te ueritatem: falsa duximus. Certo tamen scias qui nihil aliquãdo mali commiserunt: quom illata metuunt crimina eos fortunæ iniquitate uisos: nõ iniuria puniri. Cura igitur ne aut mores qui te inimicũ arguant: aut fortunã exhibeas. graue aũt tibi uideatur: nõ id solum quod quom sæpenumero a me in singulis iniuriis tuis beneficia accepis: his: ut te decuit: nõ respõdisti. Ego enim non sinam humanitatem malitia esse inferiorem: sed etiam ne teipso erga collata in te libenti animo a nobis officia: inclementior uidearis.

.Agesilao.

THelesippe ægre mihi ferre uidetur tuam apud siracusanos morã. Quippe quæ adeo cupide: adeo pudice: uxoris munere

fungimur:ut testetur nos tanquam qui in te graue habeamus īperium:te diutius ab/ sentem se non perpessuram. Suū præterea patrem implorat:ītelligis fortasse qd mine/ tur:et certo facturam scias. Neq;.n.alicuū a se uirū existimari potest negligere. Ipsa ut cogere te possim ad reditum arbitratur: ego autem illam. Nam neq; tam phalarim quam thelesippem te arbitror formidare. Redeas igitur.et desiderantibus te redde. siue nos magis:siue illam reuereris.quæ ꝑ/ fecto digna est quæ plurimum ametur.

.Polinnestori.

MVlta et magna nobis restatur lacritus & aliis de rebus:maxime autem de societa te scutatoꝝ. Tuo.n.et pugnantium uirorū studio oppidum captum affirmat:et equos suos tibi ut uidetur elargiendos hortatur. Ego uero: et si omnia mea munus a me ac/ ciperes:adhuc timerem ne tuo uincerer bñ ficio. At nunc quom neq; munera nostra accipias:uinci sane tyrannum a priuato cō fiteor. Quod si in præsentia tertiam predæ partē inter milites diuidēdam nō accepis:

quā quom mox tibi lacritus largiretur re-cusasti: Certo scias seniores nos non in bñficiis cōferendis: hoc.n.in tua non est ptāte: sed in accipiendis post hac fieri cogeris.

.Polinnestori.

TImuisti nostras minas quom rursum ut te rogarem non oportuerit: predam enī ut censuimus partitus es: et periculorū socios premiis honestasti. et recte quidem delectasti nos: et iiurasti nequid abste petere dubitaremus. et socios: si quando usus ueneri: ad pugnā promptiores reddidisti. Quis .n. laborꝝ onera nullo ꝓposito premio: subire ūquā uoluisset? sane nemo q eoꝝ piculū fecerit. Hæc igitur aliorum uel potius utilitatis nostræ grā accepisse: ut scilic& milites: si in posterum iis nobis opus fuerit: ꝓmptiores redderes.

.Lisandro.

PRæuenimus quæ misisti auxilia prius enim quam ad euclide uenissent: hostes conspicati sumus. Quare nihil ad pugnam utilitatis absente cōducto milite cepimus. Ad opinionem uero et laudem plurimum

ad paucos nanque bellatores nõ ad omnes uictoria referẽda est.sed quom grauioribus nosipsos piculis exposuerimus:maiora premia sumus assecuti. :.

.Arimacho. :.

NOn ægre ferimus calumnias neque habitam de nobis a nostris hominibus opinionem:quom uideamus oẽs æque iniuste facere:ut longe iam iustior iiuria quã iustitia existimetur. Tantum autem abest ut opera mea abscondam:ut in his audeam dicere:aliis quidem natura:mihi uero necessitate contingere talem esse.Confitemur iniustis nos commoueri affectibus.hoc tamen aliis quoq; omnibus insitum est. Verũ hoc iterest quod nos tyrãni nostra freti potestate:quæ facimus palam profitemur. priuati suplicii moetu abnegant. :.

.Polystrato. :.

ET ad alios omnes amicos litteras misimus:ut q̃primum agrigentum ueniant:& te obsecro ante olimpia uenias. Volo enim amicissimorũ collegio accito:quẽadmodũ alias res meas curare diligẽtius:& de rebus

magnis et grauibus cõsilium capere: nullo tamẽ uos aut labore: aut incõmodo afficiã: ipse. n. mihiipsi satis ero: sed tamẽ uestram sequar sententiam: ut si in principatu pre-stitero: sæpenumero uos et accipe comiter: et complecti possim. Sin fortunæ iussu de-iiciar: ultima accepta salutatione eoꝝ quæ egerimus memores ualeatis.

.Polystrato.

E Go eorum neminem in quos bñficia contuli: neq; tibi: neq; cuiquam palam fece rim: non enim ut quæ a nobis recusas mu-nera accipias: qui accipiunt indicare: neq; iis q sine suspitione accipiunt exprobrare licet. Neq; eum non accusandum cẽsemus: qui aut sua prædicat beneficia: aut prædi-cantibus aures accommodat. Verum qui preter uolũtatem meam ui et iniuste mlta ex rebus meis diripuerunt: tu te reputare potes. Atqui plurimos inuenires qui omni conatu aliena detinere conati: necessario tandem reddiderunt: et belli & armorum mœtu: nonnulli iniustissime. Sed & oĩum piissime pro uiribus detinere contendẽtes:

iniquas tandem et scelestes pecunias ĩ tot periculis seruare nõ potuerunt : q̃s coactos accipere: restituere oportuit. Quemnam tu ꝑ iouem imitatus es ? ut munera a me accipere nolueris ? Nam excusationes quas simulando affers: et hac et innumeris aliis rationibus refelluntur: siquidem ipsi inimici pecunias ĩpias cõfitentur : nisi hoc intersit quod illi iniusto rapinæ nomine impietate etiam adiecta ui habere conantur. Tu uero iuste a fideli animo sponte acceperis.

.Astypalensibus.

NVllo me maiori dolore affectũ ĩ uita mea conscius mihi sum uiri ciues : quanq̃ mł̃tis et opinatis casibus agitatus. Nullaq; maiori letitia: quippe qui neq; expers sum uoluptatum : incredibilẽ dolorem illa mihi dies attulit: qua patria iniuste pulsus sum. quod quidem etiam cõmerentibus est grauissimum. Letitiã autẽ quom mei publice recordati pro tẽpore lr̃is me uestris tãquã bene instituto et uestri studioso in ur̃is usi estis necessitatibus. Nõ tam: ut arbitror: gr̃a ex decretis qppiã accipiẽdi: quã tesrimoĩo

quod publice quidẽ: sed iiuste exulaueri. Et ut exilii mei auctores argueretis. Neq; enim petere ab inuiso gratiam: neq; accipe quisquam patitur: sed non huius temporis est: ut de uobis tanquam amicissimis con/querar. quod superiori tempore nunquam me usi sitis: sed ut gratiã habeã quod nunc me utimini. Vos igr̃ quæ a nobis accipitis dare ꝑfecto uidemini: adeo petitionẽ ur̃am in beneficii locum asscribimus. siquidẽ nõ tãta acciperem uoluptate: quanta dedero. Quid enim patriæ amatori pulchrius? qd gloriosius quam uideri suis ciuibus benefa cere? quod litteris uestris mihi elargitum est. Quod uero serius ad uos munera nostra peruenerint: quam uolueritis: neque me: neq; uestros legatos: sed hiemem et ãni tẽ/pora accusabitis: nemini studium nostrum defuit: uerum in modicis tempestatibus fa ctum est. ut ne summis quidẽ audaciis na/uigari licuerit. Quod si quæ mittimus ma/ris periculis seruabuntur: gratiam fortunæ habere non errabitis. Cæterum ea uobis le/gati reddẽt. Eolophus autem cui una cum

iis profecto ad uos epistulam dedimus: sin/
gulorum rationē exponet. et quæ & quot
mittimus significabit. reliqua ex sentētia
utamini. Pecunias uero in pr̄iæ restitutionē
ornamentumq; impendatis. Neq; meis hoc
admonitionibus: sed consilio et uoluntate
uestra faciundum reputetis uelim. Nemo
enim aliena uolūtate bonus unquam fuit:
sed sua. At si quod de uobis suspicandum
est: quod ad aliud elargitur: ad aliud abuti/
mini: non necessarium. Certo scitote nullis
uos muneribus tātopere uituperādos: quā
qui dederit laudandum. Vt enim absurdū
est qui patria exulet suis pecuniis eam ru
entem restituere: sic qui eam incolunt ca/
dētem negligere. neq; alieno quidē sūptu
ad eam restituendam contendere. Atqui si
dignum iudicabitis: non solum hæc me uo
bis misisse munera: sed etiā populo: ciuitati:
et diis patriis. Tunc de cōsilio uestro maio/
rem laudem assequimini: quam qui ꝑprias
pecunias miserit. Quis enim ignorat: mune
ra dantis esse laudem? recte autem his uti
accipientis. Velim equidem uos uirtutis:

potius quã liberalitatis nostræ testimoniũ accepisse. Alterum.n.benigni animi:alterũ opulentiæ fortunæ laudẽ ostẽdit. Valete.

.Atheniensibus.

Digna profecto lectione non una

VEit ad nos faber uester perilaus athe/nienses opera nobis insigni admodum arte elaborata afferens: quibus delectati huma/ne eũ accepimus. & dignis muneribus cũ artis: tum patriæ gratia donauimus. Non multo post tempore taurum naturali statu ra maiorem fabricatus: agrigentum petiit. Incredibili affecti sumus uoluptate: quom officiosum animal: et homini socium acce/pimus. Et ꝓfecto id nobis spectaculũ regiũ: et opus laudabile uisum est. Nondũ enim in eo latentes cruciatus ostenderat. Resera to autem latere omni crudelitate plenum: omni morte iniquius suplicium apparuit. Tum perilai arte laudata mores puniẽdos duximus: suiq; eum ingenii periculũ ante alios: quoniam ipso auctore peiorem inue/nimus neminem: facturum merito censui/mus. Is igitur in taurum inclusus: circum igne: ut ostenderat: accenso: diræ artis ue-

perhibuit testimonium. Neq enim qui cru
ciaretur uidimus: neque lamẽtationes au-
diuimus. eiulatus tãtũ intus exceptos admi-
nistratorum aures æs emugiebat. Verum
athenienses quom uos iniquo animo fabri
uestri interitum ferre: et mihi succensere :Succenseo:
audiam: maiorem immodum admiror. neq
hactenus id mihi psuadeo. Si.n. quod gra-
uiori supplicio in eum nõ animaduertimus
nos accusatis: grauius profecto non inueni-
mus. Sin quod nullũ mereretur: mihi sane
uidemini: quom pre uobis humanitatẽ fe-
ratis: laudare crudelitatem. siquidem aut
unius hois opus: aut uniuersæ ciuitatis id
esse oportet. Vtrum sit uestro tandem erga
me animo dignoscetur. Nam si iuste pilaus
periit: et nemo atheniensium illius igenio
est: aut moribus: de beneficio nos accusare-
tis. Sin iniuria interemptum dicitis: mox
profitemini nihilo meliores esse uos pilao.
Me autem nondum pœnitet ac si iniuste
egerim: nisi mihiipsi uidebor præter iustũ
egisse. Atqui nemo ius a tyranno requirit.
Quod enim ad eius salutem facit: id iustũ

: Animaduto cū acc. pimo.

uidetur. Cæterum meam ego cautionē: & principatus munimentum tutissimum ab/stulisse mihi profiterer: si iniuste in perilaū uiderer animaduertisse. Sed mihi psuasus neq; uobis: neq; græcorum cuipiam eo illū supplicio iiuste affectū uideri: quod in alios excogitauerit. fabrum uestrum cum alioꝝ: tum mea maxime gratia puniendū duxi: siquidem eo munere aliquo me eiusmodi supplicio dignum arbitratus est. Et lic& tor/mentum nobis contra coniurantes in nos acerbissimum inuenerit: nr̄am tamē cauti/onem in quibus iusti iudices constituimur contempsimus: ipsum duntaxat ius repu/tauimus. Neq;.n.ignorabam si lōge etiam peiores impune dimisissem: mihi ꝓfutuꝝ. Noram mansuetudinis nostræ opinionem magis in me insidias concitaturam. Intelli/gebam huiuscemodi perilai supplicio unius cuiusq; in me studium allaturum. Videbā forsitan satis mihi futuꝝ ui ipsa uti ꝓpter in me coniurantium necessitatē. Horū nos omnium non immemores posthac cuiusq̄ laudum indigi. Impium tamen putauimus

hominem hominibus huiusmodi mortem excogitantem impunem dimittere. Iccirco quibus ipse alios nihil in eum iniuste mo-litos iisdem eum artibus pdere uoluimus. Et merito sane a nobis: quos tali munere di gnos existimauit ita mulctatus ē. Fortasse quispiam uestrum atheniēses: nr̄is auditis rationibus quod hisdem cruciatibus quos ī alios excogitauerit: auctorē pire oporteat īnumeris me furiis deberi: uel potius oībus supliciis una tantum anima nō suffectur: et mihiipsi meritas pœnas me præscribere arbitrabitur. Verūtamē si omī amoto odio: iuste rē ipsam reputare uolueritis: pfecto non spōte nostra nos hæc facere: neq; quæ fortunæ iussu patimur iure perpeti cogno-sceti. Nam quom propter tyrānidē liceat nobis crudeles esse: id tamen: quin malum sit nō ignoramus: et quod opera nostra cor-rigi nequeant. id profecto grauissimum cō-fitemur. Vtinam ad ea necessario nō coge-remur: nemo alius præ nobis ut bonus lau dari posset. Et quisnā uestrum atheniēses: aut quis alius: insidiis in se deprehēsis eaꝝ

auctores omni uindictæ genere non proſe-
queretur? Quod quom eiuſmodi perilaum
inuenimus: ſuplicio duximus afficiẽdum.
nec ignoro peſſime mihi cõſuluiſſe: ſed me
conſolor quod non ſponte mea hæc facio:
quod iis quos ulciſcimur non euenit. Eqdẽ
ſapientiſſimi indigenæ athenienſes: in hoc
ego mores ueſtros imitatus ſum: ille autem
tyrannorum. Iure igitur: non quales natura
ſumus: ſed quales nos ipſe effinxerat: in ſe
expertus eſt. Certo tamẽ ſciatis uelī: quod
neq; ego priuatus perilaus eſſem: neq; ille
tyrannus phalaris. Vobis autem non modo
ignominioſum eſt: ſi iniquo animo illius fe
ratis ſuplicium: ſed ſi huiuſmodi uiros per-
petiemini. Omnino enim humanũ genus
iniuria afficiebat: quom ea excogitaret tor
menta: ſed præcipue uos crudelitatis argu-
ens: peculiares: natiuoſue ciuitatis ueſtræ
mores coinquinabat. Omnes igitur hoc pe-
rilai ſupliciũ laudaturos arbitramur. Digni
enim hac ſententia tales ciues: ſiqs tamen
fuerit: cui huiuſcemodi mortis genus non
placeat: id etiam perilao ingratum fuiſſe

non ignoret.

.Teleclidæ.

QVadam ipsius tua sententia usus: ad multos ex amicis uerba fecisti: ea forsitan gratia quod factum est: ut tui mihi sermones inferrerentur. Quod scilicet post artificem tauri perilaum alios eodē cruciatu interimere non oportuerat: eo quod propria mea laus periret. Ego autem illius suplicio mihi laudem non quæro: nec laudis gratia sic in perilaum animaduerti. neque quom aliorum suplicia mihi crimini dātur: īiquo animo fero. A mala enim uel bona opiniōe ultio seiuncta est. Certo tamē scias: quoniā alii ī tauro cruciādi erāt: iccirco in perilaū animaduertimus. Pro æreo. n. ope munus: non mortem: merebatur. Aequum igr̄ fuerat illorum causas in perilaum: et in omnes qui in eiusmodi fortunam eos uenire cogerent referri. Quod si nos ab inique stulteq; iudicantibus referretur: non ægre ferimus: quoad iure suplicio affectos q a nobis interempti sunt ostendere poterimus. Siquidem nos a primo quem omnium hominum: uel

humanæ potius naturæ gratia: igni absumpsimus: excorsi itidem de omibus disqretis. Atqui si perilai et aliorum quos alienarũ iniuriarum causa puniuimus supliciũ laudatis: ꝑfecto iniuria nos accusationibus ꝓsequimini. si eos qui perfide capiti nostro īsidiis imminent morte ulciscimur. Essem nanq; omnium sane stultissimus: si aliorum gratia: sontes etiam: si mihi benefacerẽt: ulciscerer. Ego autem qui mihi insidias moliuntur īpune dimitterẽ: & in alienis rebus infamia suscepta: quom adeo insidiantibus formidolosus uidear mea ipse ꝑicula contẽnerem. Desine igitur et tibi et mihi molestus esse.

.Niceo.

NOn uidetur tibi graue eculeum taurus: neq; alia quæ habemus tormenta. ex quo omnem ad illa misericordiã: quom nobiscum pugnaturus non sis: consũpseris.

.Cleomedonti.

TV me: ut audio: accusationibus prosecutus: miseros cleombroti casus deplorare nõ desinis. Ego uero te cleomedon: & lõge

illo iniquiora audētem et oīno ībecilliorē: in nostram uentuꝝ potestatē nō dubito.

.Cleomedonti.

SEptem his et triginta quos in camarinensiū concione cōtra naturam īmanissime conflatos cōquereris: uellem equidem cōtentus esse: et ꝑ iouē desidero. sed uideo mihi per quosdā non licere qn res ulterius progrediantur. Ipse enim nouem et trigita fieri cogis: quom te: et stultissimū epythersem illis adiicias. Neqꝫ idem est an uris me calumniis afficiatis: an pessimi meis pareatis ultionibus.

.Timandro.

QVod in praesentia camarinēses exercitum contra me excitauerint: illius forte temporis tibi solacium prebet: quo magnū: leui de causa: bellum ut moueant: a te persuaderi non potuerunt. Verum quom spes tua te frustrabitur: tunc pro meritis: nō eoꝝ quae fecisti: sed quae patieris dolebis. quae tamē tibi solacii utilitas? Nā si nos ꝑsuasuri fuissemus: ut ueritus es: nō temere forsan nostri formidine egisses. Nunc autem ne in

cæteris quidem rebus minimo nos dolore affecisti. Te autem neq; idoneũ reddidisti qui nostris cruciareris supliciis. nulla enim tibi morte opus est: quom tot torquearis calamitatibus. Immo si fieri posset lõgius tibi uitæ spacium quam natura ferat prestari oportet. :.

.Thimandro. :.

Onciones tuæ ad camarinẽses thimãder et multa eoꝝ commiseratio qui a nobis interempti sunt: inuitum me per deos compulerunt: ut in taurum cleombrotum ĩtruderem. Quippe qui ueritus sum ne si ego a cruciatu desisterem: desisteres et tu contra me ciuitatem concitare. Libenter enim rẽ meam populo gerendam prebeo: q̃diu tuas perpeti orationes camarinenses puduerit. Cuius ego consilia non modo in phalarim: sed ne in phalaridis quidẽ seruulũ: nullius momẽti duxerit. Quod si utile esset camarinensibus cum agrigentinis bellũ gerere: non tamen facile persuaderi possent: ut id aggredirentur. Nunc autem bellum oĩno ipso cõsultore grauius: uel potius ipse orator

non parui eſt ad miſeriam momenti. Opus tamen eſſet:ut enumeratis belli ſuſcipiēdi cauſis plebem contra me excitares: ut iis perſuaſa ciuitate:tu uir bellicoſiſſimus inſcribereris. Vltor tantis de rebus ſurrexit: ſed nō uultis: ſingillatim enim plures cauſas:longe tamen alienas oſtenditis. Verum ſiquis his omiſſis:quom phas nō uideatur: teipſum perſpexerit: grauiſſime omnium duxerit puniendum. qui uendita domo: poſſeſſionibus: et ſi quod in his paternum tibi erat mancipium.exercitum contra me alis:et camarinēſibus nugas pſuades. Quod mihi nihil aliud quam te deſperaſſe ſignificat. & merito ſane:ſiquidem multoꝝ malorum cauſa fuiſti:et ciuitatem cogis:temeritatem tuam:non ſuam ſequi ſententiā.

.Epyſtrato.

NOli me ad tui ultionē cogere: quomter iā tibi peperci: neq; te periculis āplius exponas:quoniam aliena a phalaride miſericordia eſt: quam etſi uos deprecatioībus colitis:nos tamen tyrannica ira utemur.

.Aryphœto.

NOli recensere earum numerum quos in tauro absumpsimus. plures. n. sūt: si eorum opera disquiras: quam nomia. tamē: quom eiusmodi essent: sub nostrā uenerūt potestatē. sed nollemus in tam florēti æta- te seniorum curas subires: miseros enī qui- cunq; nos læserunt ostendimus. Quom aūt uitæ mutatiōes uidere cupias: iam desinas per deos admoneo. non quod quicquā mali abs te pati uerear: neq; enī muliebri manu interficietur phalaris: sed ne iis annumere ris qui in tauro perierunt. neq; mihi iiustæ calumniæ pars ad crudelitatem efficiaris: quom te ulciscar. quod nisi mihi parueris: tibi forsitan maxime expectandum est: de hac quoq; admonitione pœnas luere.

.Agemorto.

SEnsimus tādem agemorte quo pacto rebus nostris consuluerimus: multis nanq; rōibus nos dolore affecit eximius hic prin- cipatus: pro quo stultus ego innumeros la- bores et picula: sponte mea subii. Maximū autem malum ī eo expertus sum: nisi boni et mansueti uiri a nobis beneficia uelīt

accipere. Verum si cui idigentium aliquid cõferimus: pessimos eos esse necesse ẽ. Vos enim probi uiri: nescio qua ratiõe mea oĩa aspernamini. qd aliud causæ est: quã quod a nobis beneficia accipere formidatis? Quã obrem ex tot cõdiscipulis meis æqualibus amicis: non modo nemo me uisum ueit: sed ne pollicetur quidem. preter calisthenem: quem neq; uenturum certo scio. & aliis hu-iuscemodi fortasse utimur excusationibus. ne munera nostra palam detestari uidean-tur: quorum ut ad me principio uenirent: alios morbi: alios parentes: plurimos prohi-buere respublicæ. Te autem nondũ ad me uocatum memini: quom nihil essem consecuturus. nec uocarem: nũc maxime quom aduersam ualitudinem tuam: et filios post meum a patria discessum tibi geitos e pau-rola accipiam: et per iouẽ tibi congratulor: et affinitatis: et susceptorum liberorũ grã: quæ igitur excusatio tibi relinquitur? ne uidearis formidare? Nam quom nõ inuidi-osum ad te munus quale cum tibiis et can tibus totius ciuitatis spectaculo mittẽdum



esset:sed parum auri in tempesta nocte misissem:tanquam īdignum facinus & scelus reiecisti:& merito sane:impii nāque uiri:& hominum cæde coinquinati ea munera erant. Ah nimium asper erga me et iniquus es agemorte: addo etiam īhumanus et crudelis:qui nulla infœlicis phalaridis misericordia mouearis: quom tanta in præsentia miseria afficiar. Nā quom ea maxīe gratia optassem principatum: ut in amicos clarissimus haberer: dei benignitate q̄primum uota mea consecutus:non habeo in quē bn̄ficia conferam. Sed quod mihi erat omniū futurum solaciū:eo me amici priuatis:neq; erga uos ulla me liberalitate ex reꝝ meaꝝ copia uti permittitis. Quo fit:ut quom quæ uobis dare uolumus munera contēnatis. In tyrannidis adulatores et scurras: qbus dare nollemus:ea conferre necessario cogamur.

.Teucro.

ARisthomeni tuo ager datus est:& hippolition uacauit crimine:te uero:ut pollicitus es:expectamus. Ego bene ualeo si bene ualere est: multa me aggressum et plura

assecutum:et deteriorum gratia meliorum etiam poenitere. :⸓

.Teucro. :⸓

PHilodemi uxorem cleenetam quam nosti teucer:quom nuptiarum filiæ gratia alloqui uellem:negociis impeditus non potui : quibus te huc uocassem : nisi ea gratia te siracusis relinquēdū statuissem. ex quo plane intelligere potes:serio nos de his ad te scribere. Eam igitur adeas:et quinque in dotem talenta genero cui filia nupserit pollicere. non tam muneris:quam reddendi philodemo debiti gratia. Quod si quispiam rogaret ūde nobis tot philodemi pecuniæ sint:nescire te:sed ad me qui acceperim:& eum qui dederit id totum referas : & dato operam ut leontes gener accipiatur. uenit enim ad nos:et illam uxorē efflagitat. Cui ego omnē operam policitus : ad te q̄primū misi. Si potiorem tamen generum īueniret mater: nihilo segnius dotē promittas: neq; contendas. siquidem non unus duntaxat philodemi gener nobis curæ ē. neq; quom pecuniam liberalitate largimur & nuptias.

ſed noli quæſo tam negligenter hoc agere: ac ſi quinq; talenta reddas:ſed tanquã acci pias. Turpe enim eſt data pecunia male rẽ gerere: ubi nõ ea grã quã ſpõte dederimus dediſſe uideamur. Neq; quicquam tale effi ciam : ut dũ apud me philodemi pecuniæ fuerint damnum in filiæ nuptiis impenſæ utilitatem mihi attuliſſe uideantur. Nam quom nihil eiuſmodi me cõmiſiſſe uiderit: nemo id de me poterit ſuſpicari. Vtinam i- iquioribus ubiq; moribus phalarim clamita rent. Cæterum mitte nubẽti uirgini quat- tuor æquales puellas:et muliebres ueſtes quas ad te miſimus:et aureos. lx. et q̃primũ celebrẽtur nuptiæ admoneas: ſiquidem in hunc uſq; diem etiam nimium dilatæ ſũt. Munera prompto et alacri animo mittas:ut etiam phalaridis ſumptu grãm aſſequaris. Et hæc ita ſe habeãt teucer. In cæteris aũt et tanquã uirgini:et mulieri uiro orbæ cõ- ſulas:ut uſus fuerit. Et quom eaꝝ deſiderio ſatiſſeceris:nuptias cum matre & magnifi- cas et ſumptuoſas facito:ne ſiracuſanorum: aut puellæ cognatoꝝ qſpiã fœlici nuptiaꝝ

die: miserũ pro beato philodemũ appell&:
sed aduersã eius fortunam excuperemus.

.Teucro. Cleenete:

PHilodemi pægre nauigatio tui qdẽ uiri: nostri autem ĩcomparabilis amici: tibi gloriæ: filiæ uero.xxx.iam annos domi inuptæ: infœlicitati tedere uidetur. Nupta.n. si post aliquot annos uiro careat: in uirtute corroboratur. Filia uero præter ætatẽ uirgo crimine non caret. Omnibus nãq; homibus turpissimũ uidetur: et profecto sic est: ut ultra maturos ãnos puella ĩnupta remaneat. Iampridem enim illius uitam queadmodũ tuam apud uirũ laudari oportebat. Sed fortasse philodemi loco quam et tu et ille genuistis filiam: solacium tibi esse existimas. Atqui ĩiquum est mariti desiderio priuare nuptiis filiam. Neque idem est carere uiro q paulopost rediturus sit: et eo cuius nullã adhuc neq; experiẽtiam: neq; cõsuetudinẽ habueritis: quom naturæ legibus cogaris. Cæteris quom neq; obscuris parẽtibus: neq; pecuniarum inopia laboretis. nullo pacto tantæ infœlicitatis argumẽtum ꝑpetiaris.

Quinq; apud nos talenta filiæ dotē reliqt: quom nauigaret philodemus: neq; quinque duntaxat: quippe cui communes sunt phalaridis pecuniæ. Quãobrē nescio cleenetæ qd differas. Nihil opus est ad filiæ nuptias philodemi aduentu. quæ in eius reditu reiici possunt nolimus præoccupare. Quæ autē ipsa natura inuitis nobis urget: quom fieri possint ne differamus. Puellæ ætas moras nostras nō patitur: forsitan philodemus his impeditur causis: quibus patrē īpediri consentaneum est. Quod autē matura uiro puella: preter legem: domi desideat: nulla est excusatio. Neq; in presentia tam patre ei quam marito opus est. Tu uero ī his necessitatibus et fortunis absenti patri etiam presentē matrem addi existimas: oportere. Non sic inquam: sed si mihi obtempaueris: ut uiro fœliciter: & filiæ decori consules. Nam quom alia multa recte absente philodemo effeceris: hoc unū pre oībus cōmune bonum ānumerabitur: et pudicā uirginem matrimonio honestaueris. Noster autē teucer: quom uolueris: et pecunias tibi: & siqd

aliud ad nuptias necesse fuerit:dabit. Tu uero quæ uis iubeas. et philodemi ad nu/ptias reditum optato. non tamen ut in illũ puellæ ætatem reiicias: et tuum erga uirũ desiderium ut incolumis sit atq; redeat: & alia huiusmodi non minus tui erga ipsum animi sint testimonium.

.Teucro.

Hilodemi filiæ nuptias ante tuas no bis redditas litteras audiuimus. Præcurrit enim fama eos etiam qui multa utũtur di/ligentia ad ea quæ facta sunt quãcitissime significandum. Et si e longinquo res gestas nuntia dea perferat: & nos non immerito ei forsitan succensuimus: quom tales nos prædicauerit: qui quom aliorum: tum eius maxime gratia: in tantam damnamur cru/delitatem: siquidem nos undiq; malos omi/bus proclamat. Quo fit ut qui nũquam me uiderit: neq; experti sint: me ac si ad homi/num exitium natus sim uituperent. Heæ igitur meæ calamitates sunt: nec alterius cuiuspiam. Aedes autẽ in quibus & leõtes & theano primum coiere: ut nunc habent:

in posterum quoq; habeant permittas: neq; his himeneũ laribus amoueas: ubi celebratus est: dignũ donũ et quod iis q accepturi sunt probetur eas arbitramur. Carissima. n. cõiugibus loca sunt: ubi prima uirginitatis uincula soluerunt. Inuidia autem apud siracusanos dignior philodemus quam miseratione iudicetur. Et nemo in summo foelicitatis gradu tam fortunatus: quam ille in aduersa fortuna ab iuidis existimetur. phalarim autem odio habeant omnes. Neq;. n. innoxium odium recusamus. Quisq; autẽ pro se maxie cupiat. etsi dissimulet: huiusmodi sibi amicos comparare.

.Phylodemo.

IN magna mihi stultitia uersari uideris philodeme: si tot preces et uota a nobis ꝓ reditu tuo fieri existimas: quiq; talẽtoꝝ gratia: ne nobis pereant: quæ nulla utilitatis spe: neq; tuæ amicitiæ gratia: dedimus. rem profecto ne uulgo qdẽ dignam. Quod si oĩno uis a te uideri dotatam filiam: nihilominus ista tua sunt. Sin negas: addas his totidem: et decem talenta dotem scribe. ut

ſi placuerit: dotis pars phalaridis ſit: pars ex philodemi facultatibus. Theano autem multa et magna de me tibi referens mihi gratiam reddit. Quod enim adhuc puella a nobis accepit: mater facta teſtatur.

.Cleenete. & Theano.

VEſtram beniuolentiam libenter accipimus: quom phalarim tanto ſtudio appellare contendatis: meæ tamen fortunæ: etſi noſipſos defendamus: recuſant. Inuenietur enī nomen ipſum ab ipſo genere nulli reprehēſioni: accuſationiue obnoxium. Nos autem ob multa et magna quæ acerbiſſimi fati neceſſitate inuiti egimus damnamur. & meum nomē nullā aliam ob cauſam graue eſt: quam quia legibus non obtempero. Lex uero ipſe ſum ſubditis. Quamobrem quam mihi gratiam phalaridis appellatiōe exhibuiſtis: eam nūc referatis: ne id nomē impoſitum uelitis.

.Himerenſibus.

IVſſimus uobis ut ſtheſicorū ad nos: et cononem: et hermocratem: quamprimū mitteretis. Vos autem eorum loco ſameam

et licarchum misistis. Quod si qualem me arbitramini: talis essem: non ignoro grauissimum aliquid contra uos moliri me oportuisse. eo quod illos mihi nō tradidistis. et cōtinuo ad nos et sthesicorus: et conō: et hermocrates uenissent. Neque enim cynedus conon uobis curæ ē: samea: et lycarcho clarissimis: et uestrum omnium humanissimis uiris posthabitis. Verum ego neq; modestos homiēs: et qui nullam mihi: neque patriæ iniuriam intulerint: iniusto afficiendos suplicio: neq; communem græcorum legem uiolandam duximus. Etsi uos plurimas abrogaueritis: quibus contra nos tulistis sentētiam. sed quid opus est hæc uerbis explicare? quom et mihi: et ad quos scribo plane nota sint omnia. Atqui neq; uos imitatus sum: neq; imitabor. Ego inquā & homicida: et tot sceleribus obnoxius: sed remisi ad uos legatos uestros: quom mihi ex duobus alterū impunæ facere licuisset: aut cogere uos ut pro iis illos ad nos mitteretis: aut iis qui in nostra erant potestate suplicio affectis: meā in illos iram effundere. Et ꝑfecto

eo iam res et iniuste uiuendi necessitates redegistis: ut nihilo nos peiores legatis uris interfectis: neq; meliores seruatis: arbitremini. Confusae enim iam res meae sunt et coinquinatae: et parum nobis momēti ad hoīnū uel beniuolētiā: uel odium: iuste an īiuste faciamus esse intelligimus. Et in hanc uos himerenses conditionem: maxime et uiri illi uestri cōpulistis: et alioꝝ qdē quaecūq; uestri causa passus sum mala posset uenia dari auctoribus: et praeterita obliterari. Verum quod nihil quicquā iuste fieri liceat: quae pro meritis poena ab iis exigi posset. qui auctores fuerint? Praeterea lōge īiustius esset ut quidam nostra perirent iniuria: quam si eorū gratia in uos grauius aīaduertere cogeremur. Ego tamen himerenses & si haec omnia reputarem: et indignarer: et tyrannus haberem: si non quos uellem: at quibus interfectis: nihilominus uos dolore affecissem: eis peperci: et hospitio acceptos ad uos remisi. Quod si uicissim aequi esse uolueritis: quae ciuitati uestrae calamitates īpendent: in duos uel tres conuertere satius

ducetis. At si conon cuius corpore singuli uestrum turpiter abusi sunt incolumis seruabitur: uniuersæ ciuitatis excidiū a nobis expectetis. totis nanq; uiribus cōtēdemus: ne nihilo nos quā opinemini: humaniores experiamini.

.Sthesicoro poetæ.

AVdio te maiorē immodū formidare: quom uires nostras: et quæ in nos molitus es tecum reputas. Sed admiror quod nunc tandem formides: et non quom primū contra nos agere cœpisti: quom ab iniusta: ut dicebas: tyrannide himerenses uendicare uelles. Cogitabas quæ himerensibus dicis forsitan fieri posse. Si igitur mortem: ut sapientem decet: contēnebas: qd nunc stulte perturbaris? quom tibi liceat ea quibus tūc expectatis nihilo imbecilliori animo fuisti iam propinquantia generose perferre. Sin aūt ut timidus es: sic timide te ad id quod ppessurus es suplicium habes. Quid stulte eo in me tempore clamitasti: et talem tibi comparasti inimicum: quom sceleratū me & crudelem appellares: et ex carminibus

tuis uerba in me in concione effunderes?
Quid autem et musicus et poeta dicēdi fi-
gura et uolūtate uitæ studiis cōtraria usus
es? quom ociosus uacare musis: neq; magis
arduas res: quam poetam deceat: aggredi
posses. Sed quom pro poeta remp ub. gerere
desideres: manent te quæ non poetas: neq;
musicos: sed populares q supra uires teme-
re audent: quom ab hostibus capiuntur.

.Sthesicoro. :?

TYranni sumus sthesicore: non hime-
rensium: sed agrigentinorum. quare tibi in-
gentes habemus gratias: quod minori mihi
adempto pricipatu: maiorem dedisti. Certo
tamen scias quod tyranni agrigentini ini-
micos nostros in himera ulcisci poterimus.

.Sthesicoro poetæ :?

AVdio te aluntium et alexiam profe-
ctum et nūtiis p ciuitates missis: pecunias
et exercitum contra me cogere. Nunquā
ne igitur sthesicore a reipu. gerendæ teme
ritate cessabis? quom adeo senex sis: neque
musaꝝ pudet quarū te studiosum ꝓfiteris?
eas aūt offendis: quom iis contra meliores

uiros utaris.neque filiorum miseret: q iam uiri sunt: sed temerarius senex in cogẽdis militibus et pecunia: sponte tua uersaris. quom inimicũ illis tam graue oppositurus sis qui eos tanquam laricem concutiã. Ego quidem achiuorum reditus te scribere: et quorundam aliorum heroum stultitiã incusare audio. Tu uero ut ex alexia ĩ himerã tutus reuertaris nihil curas. Sed scias ueli quod manent te et caphareia saxa: & placte: et caribdis: et nauplia classis: et nullo pacto manus nostras effugies. non inquam: etsi quispiam te deus: secundum uos poetas: eripiat.

.Himerensibus.

STheſicorum: et cononem: et dropidã: apachinno in peloponesum pro corinthiis: ad quos eos mittebatis nauigantes a nobis captos scitote. Dropidam fortasse uobis remittemus. Cononem quãprimum interfici iussimus. Sthesicorus adhuc saluus ẽ: donec quo eũ mortis genere ulcisci uelimus excogitabimus.

.Himerensibus.

P Rofecto nobis himerenses sententiā uestrā plane ostenditis: quod scilicet nihil interesse arbitramini phalarim amicū ne an inimicum habeatis. Deus autē recte effecit: et firmissime ab eo mihi significatū. Confido etiam alia mihi ad uotum successura. Cæterum ego cononē: ut ad uos antea scripsi: interimi quamprimum iussi. quom malum uirum: et in ciuitate uestra nulla neq; cognatione neq; affinitate iunctum ītelligerem. Dropidam ad uos honoratum remisi: ut decuit: neq; enim malus est: neq; nos ulla affecit iniuria. De sthesicoro postmodum consultabimus. :.

.Himerensibus. :.

L Iberauimus sthesicorum himerēses: & quæcunq; contra nos machinatus ē. non uestri gratia: qua sæpius etiam perisset: sed deorum. quibus is curæ est et himerēsium deorum atq; heroū ei condonauimus. nihil enim habeo quod illos accusem. etsi maiorē immodū de uobis conqueri possim. Cæte℞ ipsi scitis quænā cōtra me adortus sit sthesicorus: sed puduit sacrū uirum et sapiētia

clarum:et uere musis creditum:cynedo et scelesto cononi annumerare: et una interimere. Atq; utinam talium uirorum fatum coercere mihi liceret. Vobis aūt himerēses maiorem immodum consulimus:ne sthesicoꝝ ingrato:et ei non consentaneo gerēdæ reip. onere distrahatis. siquidem ab iis qui alexiam proficiscuntur accipimus: inuitis his se negociis īplicat: sed peruicacia uꝛa uincitur. Nolite igitur his in rebus eo uti: quibus non sit idoneus:sed liberum esse. & liræ suæ uacare sinite. neq; eiusmodi iimicos ei comparetis: qui non itidem fortasse cum illo agent. Quod si omnino opus est q reip. curam suscipiat:talem ei præficiatis: quos quom cœperimus:pro utriusq; uestrū uoluntate:sine superstitione ulciscamur.

.Sthesicoro poetæ.

OLeum non tui:sed nepotis tui gratia misimus. Dignus enim adolescens est: de quo ratio habeatur. quom ginnicis certaminibus nihilo sit agesilao inferior. Equidem quātū in nobis est:sūmus euaderet uelim. Argentum quod a nobis coram accipere

noluisti: nisi in praesentia acceperis: ꝓditionis te apud himerenses insimulabimus. Et si ita cōstiterit grauius profecto hoc fuerit: quam quae ad te primum mittere decreuimus. Caeterum age sthesicore haec musarū studia: quarum gratia: et clarior omibus es et admirabilior: et ama et complectere. expectabam in quibus maxime probatus es similis calidissimus esses.

.Sthesicoro poetae.

TV de nobis sthesicore nihil quicquā neq; uersibus: neq; alia ratione dicas. Nihil enim mihi potius est: quam si meae taceantur. de aliis sine īuidia arbitratu tuo loquī poteris. et dea tibi inspiret. Ciuiles autē curas: nostro maxime exēplo: fugias: q quom omnium beatissimi uideamur: nobis cōscii sumus quantis afficiamur calamitatibus. Quod si tibi merito ob occupatam sponte nostra tyrannidem haec pati uidemur: tibi autem rempu. gerenti grauius nihil euenturum arbitraris: rebus nr̄is ī pn̄tia omissis: tuas considera diligētius. Nemo enim pro meliori huiusmodi uiuēdi ratione suscepta

remp.gessit. Veruntamen tecum reputa: quænā superiori tēpore passus sis: quæue tibi impenderant: nisi talis tibi fuissem inimicus. At præstat quidem: etsi res ad uota fortunæ benignitate succedant: ne omnia ad eius licentiam experiaris. Etenim tu in præsentia neq; himerensium tyrannus es: neque omnibus: quemadmodum nos īimicus. sed rempublicam geris: et amicos: ut tu te arbitraris: eos tibi conciliasti quorū gr͞a nostras suscepisti inimicicias. Equidem: si liceret: tui coniectura accepta: nollem esse tyrannus. Tu tamen quot et quanta ab eis passus sis tecum reputa. Quod si eum qui a ciuibus suis bona plurima nullum autem malum cōtumeliamue acceperit: nō secus ac te ipsum consideraueris: certo intelliges uirum illū: qui ciuili administratiōe omissa: priuatis rebus uacauerit: maxie fortuna sua delectari. :.

.Sthesicoro poetæ. :.

NOli curare sthesicore euboli et eriphandis tui apud me accusationem: neque ullo pacto doleas quod insidiarum causas

cōtra nos in te: et pulcherrima tua carmīa
retulerint. Etenim quod nobis periculum
in himera impēderit: tu nosti. Quod autem
nihil grauius perpessi sumus: delectari te
magis: quam illorum gratia dolere oportet.
et quod poemata quæ tibi deæ īspirāt tan-
tas uires habuerint. et quod nos: siquid tibi
curæ sumus: seruati sumus īcolumes. Quæ
enim composuisti: ui sua: plusquam lira pa-
tiatur possunt: et phalaris maior est quā q
possit interimi. Nos autem: quom maxime
periclitaremur: et tyrānum gessimus et fa-
miliaritatem seruauimus: neq; te quicquā
accusamus: quom in uitæ periculum: uel ī
ipsam potius mortem inciderimus. Neque
enim: si impiis suis cōsiliis satisfecissent: id
ꝓbasset sthesicorus. Tu forsitā diuinis tuis
carminibus tyranni cædem laudibus ꝓse-
cutus es. neque nos: siquis tuas laudarit ra-
tiones: tyrāni cædem improbamus: sed pha-
laridis. hominem enim interimere hoc est:
non tyrannum. siquidem: ut nosti: non sum
auctor iiuriaꝝ: sed ꝓpulsator. Neque dropi-
das: neq; illius ꝓbatus uir: sed neq; nr̄i ipse

liberator iupiter tute i templo cum eubolo et eriphanto uiris iniquissimis permanere posset.in quibus iustus factus sum et ꝓcul a tyrannide.Cynedus autem cono et thea/goras:qui cædē nobis machinati sunt: nec non amithidas et pericles: et alii eiusmodi iustissima ultionis lege perierunt: quos et si nō tanta mihi uis esset:modo ultus: mori non recusarem.Dicant me homicidam:im/pium:sceleratum:tyrānū:multis & magnis sceleribus cōtaminatum:neque siquid gra/uius in mentem uenit:mihi parcant. Nam apud bonos uiros uituperari mihi uiderer: si sceleratissimi me homiēs laudarēt.Quoꝝ alios in tauꝝ coniectos cremauimus. Alios cruci affiximus: quom opus esset ut de se reliquis spectaculum atque exemplū pre/berent:ne quid cōtra nos molirentur.Aliis oculos effodimus. Alii mutilatis membris rota uersati sunt. Aliis capita pelle nuda/uimus.Hi omnes iniuste in nos machinati: iure ipso crudelissimam mortem luerunt. Econtra quos tyrannos nos esse cōfitemur: neq; negamus ad maloꝝ ultionē tyrānidē

desiderare: neq; in eos crudeles ĩhumaniq; esse desistemus. Erga bonos autem tales sumus: quales ante tyrãnidem. Nolim putes sthesicore quom poemata in tyrannũ scribis: te in phalarim scribere. sed prompto aĩo deos complectere: nihil nos reueritus. neq; quicquam quod in mentem uenit reiicias. Nemo enim phalarim: præter fatum: quod ab ineunte ætate: etsi uatum carmina conticeant: in nos habemus: ĩterficiet. Id quom necessario uenerit: quandocunque uolet: tãquam debitum accipiemus. Ve℞ eubolo et cæteris homicidis: quom inuitis fatis nobis insidias molirentur: meritam retulimus gratiam: nõ eam quæ lege hominibus qui tyranni cæde inanem gloriam aucupãtur: sed quæ a tyranno omni lege potentiore: referri conueniat. Palis enim pecto℞ tenus coram himerensibus affixi: et aliis affecti supliciis in cruciatu pernoctarũt. Tu uero ad multos annos foeliciter uiuas: nec eiusmodi quicquam perpetreris oro. tua nanq; iustitia hoc tibi euẽturum pollicetur. neq; unquam phalarim in necessitatẽ adducas:

ut talem ĩ te experiaris. Curæ autem tibi sint musarum gloriosissimi labores: quos ad me quæso mittas: ut præsentibus nos leuẽt solicitudinibus.

.Androcli.

E Go quidem consulto litteras ad sthesicorũ misi: nihilo me iniquiore aio euboli ĩ eum tulisse calumnias: et tu hoc mihi dato beneficium: ut fideiussorẽ te exhibeas: nihil eum cõtra me machinatum me mihi persuasisse. potius enim neq; illos quidem primum quas cõfessi sunt insidiis: quã sthesicori poematis gratia: et nõ suapte malitia me adortos existimabo.

.Aristholocho.

S I iccirco cõtra me tragœdias scribere induceris: quod captum a me sthesicorum dignum quem liberarem existimaui: ac si in omnes poetas humanissimum me exhibeam: longe a ueritate aberras. Non.n.pari ratione poetas: sed bonos poetas. Neq; ĩimicos: sed generosi animi inimicos probamus. Tu autem quom poeta quidẽ malus sis: ĩimicus uero ignauus: et animi ui: et poetica

facultate: sthesicoro te æquiparas. Sed quid ego interesse censeam: q̃primũ cognosces. non eorum gratia quæ contra nos scribis: si quidem admodum degeneris animi essem: si fabulas tuas curarem. Sed quoniã quom tam malus et inimicus sis et poeta: pari te honore et sthesicorum dignum arbitraris.

.Sthesicoro poetæ.

Nicocles siracusanus: nõ ignoras fortasse quem dico: nam propter familiæ nobilitatem non is est qui possit ignorari a sthesicoro: uxoris suæ obitum graui et ĩmodico dolore luctuque prosequitur: nec ĩmerito. Euenit enim ut eandem et sororis ex mr̃e filia haberet et uxorẽ. Is inquam nicocles: quom mutuũ inter nos amorẽ ĩtelligeret: Cleonicum fratrẽ ad me misit: qui me suo nomine peteret: ut te orarem uxorem suã tuis uersibus commendares. Etenim: ut a siracusanis accepimus: q quom reliquas uirtutes: tum ĩcredibilem eius pudicitiã testãtur: non indigna est quæ ore tuo laudetur. Nam etsi cauẽdum sit in nostræ ætatis homines quicquam laudis scribere: ne poesis

uenalis uideatur:sitq; et fidele officiū:neq;
sententia nostra improbandum:noli tamen
tui ægre animi cōsuetudine abiecta : meas
preces contemnere.Non enim decet peten
tem phalarim negligi a sthesicoro:nō quod
aliquo meo ī te officio debeas:sed quod ha-
bitam de te erga nos opinionem cōfirmari
postulamus.Da igitur prompto animo īge-
nio tuo dignum beneficiū : quod mihiipsi
efflagito:accipiam autem in amicum . Re-
liquum est ut ad gratiam cleatisthem sira-
cusanā genere: echecratidæ filiā: nicoclis :
ut diximus:et sororis filiam et uxorem :&
matrimonio iunctā annos.vi.trigesimo uita
functam morbo:duobus relictis filiis anno-
tes.Capita subiectæ materiæ hæc sunt. In-
spirēt autem tibi in his uersibus:quæ tecū
semper sunt deæ:et tuum sacrum et glorio
sum caput musæ exornet cognatio . quom
aliis laudibus:tū his quas ad te in clearistē
misimus .

.Nicocli.

MIsimus ad sthesicorum queādmodū
sup elegia rogasti:et arguētū ei exposuiūs:

ut oportuit. Is libens mihi pro ingenio suo se facturum promisit. forsitã.n.existimauit sapientiam suam meroris tibi solatium allaturam. Hic autem dolor difficilis consolatu est: et quam ut uerbis leuari possit grauior. Nam quom duplicis necessitudinis nomie deuicireris: de utroq; doles: sororis scilicet filia et uxore carissima. forma quidẽ ægregia: pudicitia uero tãta: ut nulli post se mulieri secundum reliquerit locum. Quare pturbato animo et omni spe amissa: nunquã lacrimas remittis: et uix tuæ cõsulis saluti. Atqui non grauius res humanæ ferendæ sunt: quam possit animus tolerare. neq; uirtute dignum effeceris: si merore dispereas: & calamitate miserabili uictum te profiteraris. Verum age nicocles paulisper dolore remisso: miseram hominũ uitam considera: et quæ nostra sit conditio. Singuli ad innumeras nascimur miserias: et quom uita defungimur: tũ miseri esse desinimus. Iocũdã autem hanc uitam ducimus: eo quod nihil morte grauius opinamur: ut etiã qui ante nos moriuntur misereamur. quom minime

nos lateat : non multo post idem nobis iter necessario conficiendum. Neq; potius eorum gratia: quam nostra : lacrimas effundendas. huiuscemodi est humana cōditio nicocles : & ad hunc exitū omnes uiuimus. Nec est rerum omnium quae imperiosius humano generi dominetur. Idem fatum mortalium oīum est: et a nemine mutari potest. Vides ne me tyrannū quem omnes homines uiolentissimum arbitrantur: etsi me omēs uiolentiorem praedicarent: mortē tamen nulla ratione superare : neq; quicquam grauius ī eam animaduertere possem: sed ei caedam : quom ultimus uitae dies aduenerit. Atque utinam ad hoc etiam assecuti essemus principatum : non ut meipsum a morte uendicarem. Nam fortasse ante praestitutā diem morte dignos nos quispiam dixerit: neque nos cōtradicimus: sed ut ab iis qui et uirtute et moribus quam longissima uita digni sunt: fatalem arceremus necessitatē. Verū quom illa in nos: non nos in illā tyrannidē exerceamus: aequo animo ferendum est. nō ea tantum ratione: quod nihil luctu nostro

proficere possumus: sed quod illius animã: si te tanto dolore torqueri senserit: doliturã in morte credibile est. quom te et uita plurimum delectauerit: et quæ tibi grata erãt incredibili letitia prosecuta sit. Neque per iouẽ tibi soli quod tali uxore priuatus sis: sed et illi quod tali uiro ægre ferendũ est. Quom igitur neq; primus neq; solus in hæc mala incideris: humana tibi æquo animo toleranda persuadeas. si non meo exemplo: q multis et uariis calamitatibus agitatus: promptissimo animo mortem expecto. At saltem ꝓpter naturæ æqualitatem: quippe quæ omnibus communis sit: quãuis a plærisque maiorem immodũ formidetur. Qui autem eam non iniquiore animo ferunt: hi tranquilliore uita fruuntur. :-

.Sthesicoro poetæ. :-

QVod carmina pro clearisthe edideris: magna tibi et immortalis gratia habetur. Promptum enim precibus meis te exhibuisti: et singulis argumẽtis icredibili artificio te accommodasti: et carminis tui elegantia maiorem immodum probata est. non mihi

duntaxat: me enim omnia sthesicori æque delectant: sed compluribus agrigentinorũ una audientibus. Extabũt autem nõ apud eos tantũ qui ea audierunt: et q in præsentia sunt homines: sed in omnium qui post nos futuri sunt memoria. Gratiam igitur ꝓ his uersibus tibi: ut dixi: debeo. meo nanqꝫ hortatu: et huius ætatis et futuris hoĩbus: tales musarum cantus largitus es. De me aũt quod per epistulam tuam significasti: ꝑ hospitalem iouem: ꝑ cõmunes lares: nihil neqꝫ ut pessimus sim: neqꝫ ut bonus: in poemate tuo memineris. Mea siqdem fortuna fit ut aures a noĩe meo abhorreãt. Scribatur phalaris in ipso sthesicoro: siue melior quã hominum opinio ferat: siue contra hẽatur.

.Pelopidæ.

QVod me rogabas ad sthesicorũ nullo pacto scriberẽ: neqꝫ si scriberem mihi morẽ gereret: ut in quẽpiam uita functũ carmen ederet: satis gratiæ ab eo accepiise mihi uideor: quod in nicoclis uxorem carmen fecerit. Tu igitur qd uis a nobis optato: quod non in aliena: sed in nostra sit potestate.

.Filiabus sthesicori.

MEroris uestri filiæ quam nam aptiorẽ uobis consolationem qspiã afferat quã uir-tutem parentis sup quo lugetis? Nõ enim lacrimis sthesicorus: sed laudibus ꝓsequendus est. Eqdẽ nolim omnino uos neq; mor-tuos lugere: neq; plangere: non quin coiter hi affectus necessario omibus accidant: sed quoniam miseroꝝ sint. quoꝝ non mors: sed uita: uel potius magis debeat deplorari. Nõ sthesicori q tot ãnos cũ sanctissimis diebus in choreis et cantibus musaꝝ uixit: cuius nomen in honoribus et laureis immortale seruabitur. quod profecto neq; hac: neq; uẽ-turis ætatibus: maius futuꝝ sit. siqdem nõ alia quã imortalis et oĩa cõtinẽtis dei sorte sthesicorus frui mihi uidetur. Quare magni et clarissimi pr̃is filiæ: quæ tanto parẽte di-gna sint uos sapere oportet. Non enim parũ uobis contemnendum est: ut non multo eo inferiores efficiamini. Sed et nolite fœlicẽ herois sortem deplorare: non breui tantum: sed sæculis oĩbus beatũ. neq; honorũ quos illi tanquam deo himerenses decreuerunt:

clarissimam gloriam auferatis. Non.n.ille: quod nos certo scimus: aegre tulit urgentis fati necessitatē. Neq; hi quom clarissimos heroas qui pro gloria occubuerunt: in pulcherrimis cecinisset poematibus: quae uobis possessio dignissima sunt: et excēpla uitae honestissima. Ipse quom diē suū obiret non impauidus perstitit. Certo nāq; scitote filiae: quom a nobis captus sthesicorus ī nostram uenisset potestatem: nihil quicquam formidauit. neque tanquā graue quiddam ppessurus: fractus animo est. Quippe q lōge generosior captiuus nobis uisus sit: quā hostis. Victa igitur tyrānidis nr̄ae acerbitas ab eius sapientia est. non quod quicquā uellē in eum grauius animaduertere: sed quom cruciatus meos muneri ascribebat. Ego enī īnumeris eū laboribus cape conatus: quom assecutus sum: nihil habui quod mallem: quam gratiam ei habere: ut a me bn̄ficium accipet. Ex quo nō deberi mihi ab eo gratiam: quod duodecim eum annos: tot enim postea uixit: seruauerim: sed ei me arbitror debere: quod et ad alia nos corroborauit: et

ſolus oīum ut mortē cōtēneremus effecit.

.Teucro. :ſ

Aptiuorum pretia quæ a thauromenitanis accepimus:nō noſtra:ſed ſtheſicori gratia:reddas. Viuit enim ille ad eoꝝ uſū: qui a nobis accepturi ſunt beneficiū.quom aliud a me petieris. Verum ei gratia perit: quom in in ingratos collocetur. :ſ

.Filiabus ſtheſicori. :ſ

Hauromenitani pro qbus ad me ſcribitis mandatum a patre:quom uita defungeretur:habuiſſe:nulla digni ſunt clementia. Hi enim ne minimū qdē a me offenſi: aduerſum me bellū ſuſceperūt. Stheſicorus uero non hoc modo quod petitis:ut ſcilic& captiuorum pretia quæ a thauromenitanis exegimus:reddi mandemus. Sed quid uis etiam ſupra uires noſtras a nobis ꝓmeritus eſt. Licet enī mortuus nonnullis uideatur: nemo tamen qui recte ſentiat:id dixerit. Mihi qdem ſtheſicorus uiuit: neq; tantum apud me thauromenitarum odium ualeat: ut ſtheſicoro aliquid peteti: quod phalaris habeat negetur· Oēs nāq; hoīes ab illo uici

decet.me aũt oium maxime:qui in tot ho/
minũ milibus quot expertus sum : præstã/
tioris animi uiderim neminem. Nos igitur
thauromenitanis pecunias reddi iussimus:
neq; medius fidius hãc pr̃i ur̃o gratiam re/
ferre : sed ab eo potius accepisse existima/
mus.

.Ctesippo.

TEq; primum quom thauromenitanis
bellum iniuste contra nos inferentibus ca/
ptiuos:accepto premio:liberauimus:eis blã
diti sumus.Cõmunẽ.n.græcoꝝ legẽ abroga
re noluimus:neq; quom postea acceptũ pre
tiũ reddidimus.ea reddidimus rõe:ut illis
bñficiũ impartiremur:quẽadmodũ expro/
brasti.Sthesicoro aũt ꝑ filias legato obtẽpa/
uimus. Thauromenitani igr̃ mortuo sthesi
coro:eoꝝ quæ a nobis assecuti sunt:sibi ha/
bendã gratiam sciant.Sthesicorus autẽ suis
moribus . Ego qdẽ quom multis et magnis
de rebus ei gr̃am debere ĩtelligã : neq; lega
tionẽ eius obliuioni mandabo:neq; ignoro:
quom ꝑ eam hoc a me petit et assequitur.
Thauromenitanos qdẽ pecuniaꝝ bñficiũ :

nos aũt humanitatis.quo omnes ꝓrsus nos
exptes excistimant:testimonium accipere.

.Himerensibus. :.·

Go qdẽ oĩa sthesicori gr̃a facere para-
tus sũ:ut tã:etsi cõtra ipsa fata arma sumere
oporter& :de morte cõtendere nõ piget. ut
diuinũ uiꝝ et a uobis et cæteris hoibus car
minis elegãtia laudatũ liberarẽ:quẽ sãctis-
simæ musæ oĩbus prætulerũt uatibus:per
quẽ et cantus et choreæ plurmũ ualuer̃t.
Veꝝ aĩaduertite ubicũq; sepultus sit sthe-
sicorus himerẽsem esse: et suaꝝ uirtutum
gr̃a:oĩs etiã pr̃iæ ciuis uocabitur. Manebit
aũt uester:neq; mortuũ sthesicoꝝ:sed ĩ poe
matibus suis:quæ cũ uniuerso orbe cõica-
uit:uiuere arbitremini. Veniat uobis ĩ mẽ-
tem himerẽses apud uos eũ genitũ:educa
tum:eruditum:in uersibus poematibusque
consenuisse. Apud cathanios aũt:et quidẽ
uolentes:naturæ cessisse. Et ĩ himera tẽplũ
sthesicoro ĩmortale uirtutis eius monumẽ-
tũ cõdatur. In cathania uero sepulchꝝ. Sup
hoc:ut satius uobis uisum fuerit cõsultetis.
Neq; pecuniis q̃tũ nobis erit facultatis:neq;

armis egere uos arbitremini. Vnum tamen aiaduertatis ueli:neq; decori uobis: quom siculi sitis:futurꝝ:i sicilia ciuitatē cape:neq; si nō capetis tutū. Cæterꝝ nolite sthesicori obitū fletu & plātibus ꝓseq:neq; illius casu solicitemini. Mortuū nāq; sthesicori corpus est:nomē aūt ppetuo in uita qdē gloriosū: ī memoria autē beatū seruabitur. Præterea carmina et uaria poematum eius genera:& publice in oibus tēplis et priuatim quisq; domi hēat:et hortor et admoneo. Tunc.n. uere morietur sthesicorus: quom carminū eius monumēta nō āplius extiterit. Quāob rem ad alios quoq; hoies ea mittenda cure-tis diligenter. nō ignari longe maiorē quæ talem uirum tulerit ciuitatem: quam qui miserit:laudem consecuturam. :.

.Alphonso Regi. :.

QVattuor phalaridis epistulæ quas nup in alio libello iuētas:i latinū traduxi. solita clementia tua: accipias oro diue alphonse.q miro amore:et lras:& lrarꝝ studiosos āplecteris:foues:extollis. Paruum ꝓfecto munusculū:nō tñ:ut spo:serenitati

tuæ ingratū. In his.n.dignā pricipe libera/
litatē:clementiā:animi magnitudinem co/
gnoſces. Atq; utinā nō primū omnes editas
imortali nomini tuo iſcriberē.Sed quod fa/
ctū eſt:accuſari potius quā emendari licet.
neq; optionis ulla utilitas eſt : quom res in
itegrū reſtitui neqt. Ve℞ ſi ſerenitati tuæ
ſtudium meum placere intellexero : qcqd
deinceps aggrediar:fœliciſſimo nomini tuo
libens dedicabo. :.

.Phalaris Aphilanti & Traſibulo.

QVas mutuo uobis pecunias dedimus:
teucro reddidiſſe dicitis. Teucer recepiſſe
negat. Mihi hercle nulla cauſa ē quour aut
uobis:aut illi non credā. Vos ei tanq̄ amico
reddidiſſe aſſeritis. Quāobrē ueritatis igna/
rus:ne cuipiam ueſtrū diffidere uidear : ac
ſi acceperim:rōes ūras admitto. Atq; utinā
potius ſemp me ueritas lateat quā fraudē
deprehendam. Satius.n.multa℞ pecunia℞ :
quā amico℞:damnū arbitror.quandoquidē
neceſſe eſt ut re deprehenſa:qui mētiendo
mihi iniurias intulerunt : pro amicis iimici
apud me habeantur. :.

.Paurolæ filio.

NOn multas per deos imortales a me pecunias te petere arbitror. sed facultates meas minores sentio: quã ut filii possim uirtuti obtẽpare. Sed utinã in tot quot dicis ĩpẽdas. quod si ita facies: amicis potius q̃ accipiãt: quã pr̃is liberalitate carebis. quem. n. clara proecedit largitio: seqtur ut animi sui magnitudine digna possideat. Vbi uero ad agẽdũ qs ꝓmpte accesserit: ei fortuna officiosam sese paratãq; exhibet. Noli igitur me qcq̃ ueritus huiusmodi uti uerbis: ac suspicari tanq̃ nõ libẽter pauca i filiũ cõferam: cuius gr̃a oĩa cõparaui. Tantũ. n. abest: ut te in aĩcos liberalitatis reprehẽdam: ut icredibiliter delectatus te admoneam: quæ tanta humanitate digna sunt sentias: ut nõ solũ in pñtia animi tui magnitudinẽ oñdas: sed hac tibi obsequẽte fortuna: eandẽ semp serues uolũtatẽ. Quod igr̃ tibi generose paurola damus: libẽter damus: et abs te recipimus gr̃am: quom istũ ipẽdẽdi modũ teneas: qui tam bonam spem pre se ferat: et uirtutem.

.Peristheni.

E Vboli et eriphandi q in me coniura-
uerunt uxores q̄s captiuas ad me et
tanq; pituras misisti: quom ante hac enixæ
īterimere studuissem: nūc tn̄ seruādas cēsui
Admiraris ꝓfecto quod meam in eas iram
extixerim. sed si causam audieris: quod ob
incredibilē quandā eaꝝ animi nobilitatē:
lōge magis admiraberis. Nā quom eas pcō-
tarer an insidiaꝝ in me cōsciæ maritis suis
fuissent: nō id modo: sed una quoq; cū illis
īpetū in tyrānū facturas sese asseuerauer̄t.
Et quom qua nā mea uel magna uel parua
iniuria peterē: priuata quidē nulla: sed pub
lica dixerūt. Cōmunē nanq; esse iniuriam
liberam seruire ciuitatē. Rursum quo nam
pacto sui in me odii meritū supliciū sume-
rem: interrogata morte responder̄t. Quam-
obrem q tāta uirtute: et animi magnitudie
morerē tur: eos uiuere et non mori arbitꝰ
peristhenes oportere: et ego iuste pepci. Et
tu qcqd cū iis cepisti: accersitis eaꝝ neces-
sariis: redde. ne ullam accepisse iniuriā con-
queri possint. :.

.Euanoro.

T te et himerēſes oēs: imo plurimos ſiculoꝝ noſſe arbitror: quod ī himera cōpoſitis in me īſidiis: utpote iuſtior: cōiuratos excupaui. Nō.n.tētati faciōris ī tēplo ſuo iupiter tā īiquus iudex extitiſſet: ut iuſte illos rem aggreſſos tanq̄ iniuſtos in eius tradidiſſet poteſtatē: q merito ab iis fuiſſet piturus. hæc nemo aliter exiſtimaret. Verū quom audiā ſtheſicoꝝ ægre ferre: quod īſidiaꝝ cauſam in ſuā poeſim eubolus et eriphandus retulerint: nollē eū ac ſi mihi id pſuaſerit: egre ferre. Nā ſi eius poematibus: ut dicunt: attēdiſſent: nō deſpantis īprobitatis: ſed ſūmæ boītatis premiū accepiſſent.

Frāciſcus Arhetinus Clar. atq3 Præſtan. Iuriſcon. Franciſco Pelato Patauino Regio Conſiliario. Salutem.

SCripſiſti ad me franciſce patauine uir eximie: ut epiſtulas phalaridis q̄s pauloante e græco ī latinū traduxerā: ad te mitterē. Qua ex re quātī me faciat humanitas tua oſtēdis: q res meas: licet īcultas: ꝓ tua in me beniuolētia: quæ a docto ore tuo legerentur dignas duxiſti.

Ego autem: etsi ante acceptas litteras tuas: de his ad te mittendas cogitassem: dedisti tamen: ne arrogantiæ arguerer. qui eas ad talem uirum mittere auedrem. Nūc quom sponte tua petas: tam libenti animo ad te mitto: ut non dare: sed accipere beneficiū mihi uidear. Nam si subtili et perspicaci iudicio tuo laudabuntur: eas in medium proferre ausus: doctorū iudicium non amplius formidabo. Vale.

.In laudem scriptoris epigramma.

Qui modo notus erat nulli: peitusq; latebat
Nunc Phalaris doctum protulit ecce caput
Flādria quē genuit priūs nāq; ære girardus
Taruisii hoc rarum lisa notauit opus.

.M.CCCC.LXXI.

.TARVISII.

.FINIS.


BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
XV
FIRENZE



